MERITA SERENISSIMORUM SAXONIÆ ELECTORUM AC DUCUM LINEÆ ALBERTINÆ IN...

Johann Christoph Wendler, Valenti Gonzaga

PANEGYRICVM
REVERENDISSIMI, SERENISSIMIQVE PRINCIPIS
DOMINI
MAVRITII GVILIELMI
POSTVLATI ADMINISTRATORIS PRAESVLATVS NVMBVRGICI
DVCIS SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WESTPHALIAE, LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, NEC NON SVPERIORIS ET INFERIORIS LVSATIAE, PRINCIPIS COMITIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII &c.
PRINCIPIS NOSTRI CLEMENTISSIMI
NATALI EXOPTATISSIMO
SACRVM
RITE INDICIT
IO. CASPAR POSNER
ELOQVENTIAE PROFESSOR.

IENAE,
SVMTIBVS VIDVAE MAYERIANAE.



SI illuſtris auſpicatique ſideris ortum, non Perſarum quidem in modum, veneratione diuina proſequimur, ſed animis tamen, admiratione ac voluptate maxima plenis, plerumque excipimus; quidni glorioſiſſimi ac prorſus diuini Principis, cunctasque MAVRITIORUM, in tanto adhuc honoris faſtigio poſitorum virtutes ac laudes propemodum ſupergreſſi, Magni MAVRITII GVILIELMI, natalem, quo & Martius menſis, & hebdomas haec inſtans nobilitatur, pari religione ac laetitia celebrandum, colendumque omnino, exiſtimabimus? Summam olim atque inuſitatam doctrinae, egregiis excelſisque heroibus dignae, ſublimitatem & copiam commemoraturi,

non

non nisi MAVRITIVM, a familiae Cassellanae auctore, cui GVILIELMI est nomen, progenitum, & tam latini ac graeci, quam hispanici, gallicique sermonis peritia, cum regionum istarum habitatoribus feliciter, ac promte certantem, ceterarumque non minus disciplinarum & artium cultu exsplendescentem, ex seculo sexto ac decimo nominabant, nec sine peregrinorum testimonio & suffragio, praedicabant. Nostra vero aetate, sapientiae incredibilis, ac eruditionis stupendae specimina, inter proprias Duci Serenissimo curas, eminentia, atque ad gubernandam rempublicam magnopere profutura, allegaturus, nulla profecto est causa, cur Hassorum MAVRITIVM nostro MAVRITIO GVILIELMO amplius anteponat: qui tot gentium

fa-


familiarumque origines, actionesque & fata, animo toto admittere, & quo omnium sapientium ingenia atque studia, omni aeuo, vix penetrauerunt, capacissima indole, ac prope coelesti, cognoscere, & si res ferat, expromere, non tam laboris cuiusdam, aut negotii, quam recreationis instar habere, salutari non minus, quam ad omnem posteritatem memorabili exemplo consueuit. Tot igitur tantisque scientiarum praesidiis, atque ad obeundum ducatus florentissimi regimen, instrumentis munitus, mirum vtique non est, si maiora prudentiae ac dexteritatis subsidia, quam Principum aliorum complures, possideat, & quid consulto, quidue facto sit opus; & quid totius Saxoniae ac Germaniae referat, prouide & mature animo-

mo reputet, locoque ac tempore opportuno efficiat. Qua quidem in parte, Dvx Cizensium praestantissimus cum illo Byzantinorum Mavritio, aevi sexti imperatore, singularem tunc prouidentiae, inque imperii habenis tractandis, solertiae laudem promerito, comparari; bonitatis vero ac liberalitatis in ciues, & erga literatos praesertim, beneficentiae gloria, huic eidem Mauritio; quam longissime anteferri meretur. Maximum vero, neque a Stoae veteris solum alumnis, sed Numinis quoq; diuini oraculis celebratum, doctrinae & sapientiae fructum hunc capit, vt nullis vitae periculis terreatur, nullaque temporum aut fortunae iniuria vnquam frangatur: & inuictam adeo Mavritii illius Nassouiensis virtutem, exaggerationemq; animi ad imitan-

tandum sibi proponat. Quoties porro Herois huius incomparabilis pietatem, ac tuendae pariter, & amplificandae religionis studium contemplamur; toties Electoris sanctissimi & magnanimi, DIVI MAVRITII, cui & pactionis illius Passauiensis consilia, & Lutheranorum tranquillitas & libertas debentur, huius, inquam, virtutem & constantiam, Saxoniae nostrae in hoc Principe conseruatam, ac diuinitus restitutam, laeti, ac beneficiorum memores, gloriamur. Quas atque complures alias, quae PRINCIPIS immortalis imperium ornant & muniunt, virtutes ac laudes, inter tot Electorum ac Principum, familiam Albertinam nobilitantium, erga literas atque religionem merita, praedicabit, & erudita, ac lectionis variae plena oratione, posteris tradet, Vir amplissimus, doctri-

trinaque & fama inter ordinis nostri nobilissimi adscriptos praecellens, M. Io. CHRISTOPHORVS WENDLERVS, Neostadii apud Osterlandos genitus: quem vt crastina die, in Academico templo dicturum, Prorector Magnificus, Proceres aulae & academiae nostrae excellentissimi, venerandi sacrorum antistites, & quicunque apud nos bonas literas colunt ac ornant, frequenter atque propense audiant, per MAVRITII GUILIELMI virtutem, & erga eruditorum quoscunque clementiam incredibilem, cunctos rogamus, oblatisque vicissim observantiae ac humanitatis officiis, obtestamur, P.P. D.XXII. Martii,

A. O. R. CIↃ. DCC. XIV.



MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR,
PROCERES ACADEMIAE ILLVSTRES,
AVDITORES OMNIVM ORDINVM SPECTATISSIMI
DOCTISSIMIQVE,
TVQVE FLORENTISSIMA STVDIOSAE PVBIS
CORONA,
SPES NOBILISSIMARVM GENTIVM EXOPTATA.

PRincipum ſuorum optimos mores ſubjecti imitari ſolent, nec mirum, turpe enim & quidem cive indignum fuerit externa inquirere aut res mirari peregrinas: turpe inquam patria ac propria bona non conſiderare aut poſitas ante oculos ſuorum digniſſimorum laude

A Prin-

Principum virtutes suspicere aut magni facere. Non ignotum hunc omnium gentium morem prudentioribus Viris jam dudum fuisse certum est; hac enim ratione Johannem Scheferum motum fuisse credo heroicas Gubernatorum Sueciae virtutes (*a*) fortissimae Suecorum genti ex-

(a) Joh. Scheferus Upsaliensis Professor memorabilia gentis Suecicae exempla Hamburgi 1671. in 8tav edidit, in quo tractatu dum de Sueciae Regum & belli Ducum pietate, prudentia pacis, prudentia militari, argute dictis, militari disciplina, justitia, severitate, clementia, fide, patientia & gratitudine agit, imprimis etiam in capite de liberalitate merita gentis Suecicae in literas politiores laudat, quando Christinam divi Gustavi Adolphi matrem triginta Studiosorum sustentationi decem Joachimicorum millia impendisse, ipsum verò Gustavum Adolphum Upsaliensi Academiae trecenta & sex praedia donasse dicit, ut centum & quinquaginta bonarum artium cultores regiis alerentur sumtibus. Memorat idem, Johannem Skytte Baronem à Duderof & Suedici Regni Senatorem suo arbitrio & sumtu Professionem Eloquentiae & Politices in Academia Upsaliensi Regia instituisse, & praedia duodecim laudatae Academiae hoc pacto tribuisse, ut horum reditus honestè sustentando Professori sufficerent. Id institutum, Regio etiam diplomate fuisse confirmatum celeberrimi nominis Criticus Joh. Freinshemius Professor Skyttianus primus in orationibus die natali hujus Professionis reci-

exponere; his agitati ſtimulis Lequillius, (b) Weingartius, (c) Weberus (d) & Czerwencka (e) Auguſtae Domus Auſtriacae pietatem laudibus extollere victuris ſtuduerunt; hoc excitatus argumento,

A 2 Sere-

tatis memorat, qui tamen ea lege id factum fuiſſe refert, ut annis ſingulis Profeſſor Skyttianus Guſtavidarum Sueciae Regum praeclara geſta praemeditato concelebraret ſermone.

(b) Didacus de Lequille Concionator Aulicus Oenipont. & Auſtriae Archiducis Hiſtoriographus de pietate Auſtriaca, Oenipont. tr. 1660. in fol. edidit, in quo hiſtoriam & originem Domus Auſtriacae (quam à Romanis deducit, refutatus ideò à Birkenio in Fuggers Spiegel der Ehren des Hauſes Oeſterreich) eruere ſtudet. Imprimis tamen ipſi Auſtriacorum pietas eſt propoſita.

(c) Jac. von Weingarten Syndicus Pragenſis virtutes Auſtriacorum in libro cui titulus Fürſten-Spiegel des Hauſes Oeſtereich. Pragae 1663. fol. impreſſo, cum veteribus Romanis confert.

(d) Joh. Weberus Canonicus Regular. St. Auguſtini Cellae novae in comitatu Tyrol. in adamante Auſtriaco Francof. 1668. in 8t. vulgato, in adamante gemmarum Principe Auguſtae ſtirpis virtutes repraeſentat, (& ad minutias uſque adamantis, recte omnino cenſente Excell. Dn. Conſil. Ludwigio L. I. c. 6. in germ. Princ. p. 442. juxta edit. recent.) cum Auſtriacis virtutibus ibi collatio eſt inſtituta. Mihi nonnulla fabuloſa in hoc libro occurrere videntur.

(e) Wenceslai Adalberti Czerwenckae annales & acta pietatis Habsburgo Auſtriacae, Pragae 1695. maj. form. edita monaſteriorum fundationes & dotationes deſcribunt.

Serenissimae Brandenburgicae gentis in literas humaniores merita cujus praesentiam in hac solenni panegyri venerari licet, Polyhistor hujus Academiae consummatissimus Johannes Franciscus Buddeus oratione concinna commendare posteris annisus est. Quippe rectius omnino nisi me omnia fallunt ii sentiunt, qui res in patriis oris gestas accurate investigant, & non fucatas posteris majorum praedicant virtutes, quam qui per omne vitae spatium neglectis indigenis, Grajae duntaxat aut Romanae gentis fabulosis nonnunquam atque incertis insudant monumentis; (f) hi tantum con-

(f) Belgas nonnulli nostra aetate reprehendunt, quod indefesso quidem & laude digno studio Romanas, Graecas, Babylon. & Ægyptiacas antiquitates eruant, recentiorum vero temporum statum parum

conjecturis pugnant, vastaque adversariorum & variarum lectionum opera literato orbi obtrudunt & dum profanis literis ab iis omne tempus tribuitur, eorum quoque mens

curent, crassissimamque hac in parte ignorantiam nonnunquam prodant. Ipse fatetur hoc Excellentiss. Dn. Consiliarius Ludwigius in kleinen teutschen Schrifften p. 107. dicens: Es ist bey den anwesenden Gesanden in Haag ein grosses Gelächter verursachet worden/ daß als die Holländer die Wapen der Gesanden in Kupferstiche bringen/ und die meiste so/ wie man solche an ihren Kutschen gefunden/ abzeichnen lassen; solche endlich an den Würtenbergischen Gevollmächtigten gekommen/ und weil dieser sich keiner eigenen/ sondern einer Herrschafftlichen Kutsche bedienet/ die Holländer/ ohne das grosse Hertzogliche an Schild und Wapen zu kennen/ solches vor des Gevollmächtigten angesehen/ und in bester Form für einen Ritter-Helm des Bedienten in erwehnten Buche ausgegeben haben. Und mag ich den wohlbekanten Professorem Historiarum uff einer Holländischen Universität nicht nennen/ welcher/ als man etwan uff den discours von den Stadtha.. r in Churfürstenthum Sachsen kommen/ pro informatione gefraget hat/ ob Fürstenberg woran er schon lange gezweiffelt/ aus einen Sächsischen Hause wäre? Et vera haec esse omnia non ita pridem vir quidam illustris, qui ex belgarum oris rediit, serio affirmavit, qui inter ipsos illustres Belgii ordines, si à supremo rerum Belgicarum arbitro celeberrimo Heinsio discesseris, haud paucos esse tradidit rerum Germanicarum, adeò expertes, ut nequidem quale discrimen inter Imperii Electores & Principes intercedat, perspectum habeant.

profana saepe redditur, quod Sturmii, (g) Casp. Barthii, (h) Thomae Rei-

(g) De hoc celeberrimo Argentinensium Doctore Sec. XVI. claro notum est eruditorum proverbium:

- - - - - decemque per annos
Sturmius in templis terque quaterque fuit.

(h) Non satis orthodoxum fuisse Barthium facile quisque colliget, qui Prüschenkianas & Boineburgianas epistolas à celeberr. Dn. Consil. Struuio Patrono meo venerando editas, & Actis literar. ex MSStis publicatis insertas legit. Fasciculo enim III. p. 33. L. B. de Boineburg ad Prüschenkium scribit: *Quaeso Te, mi amice, ec cujus in religione est Barthius; Luthero applaudere tanti Virum judicii, qui simul adeò multae lectionis est, quis credat.* &c. Idem p. 46. ibid. nostrum *tricenem* appellat. Rectius tamen supremo vitae tempore nostrum sensisse XX. Soliloquiorum libri docent, sub vitae finem ab eo concinnati; *In his* enim judice Prüschenkio p. 32. l. cit. *contra vana atque terrena pro coelestibus & nunquam perituris facunde adeò disseruit, & tam suaviloquenter scripsit, quam quis unquam maximè.* Et certè soliloquia haec ipso quoque Boineburgio teste p. 34. l. cit. *compacto judicio & masculo pectore sunt concinnata.* Caeterum morosam vivendi rationem, qua Barthius usus fuit, coævi scriptores graviter reprehendunt. Prüschenkius junior in literis ad Parentem datis, quas vide in celeb. Struuii Act. Lit. Fascicl. ult. p. 68. ait: *Barthium nostrum Lipsiae Iobus Ludolphus compellavit. Mirabilem morositatem, qua exceptus est ab eo, & cynicam plane vitam exprimere satis nequit.* Augustus etiam Buchnerus in epistolis Part. I. p. 10. ea de re conqueritur dicens: *Literas ad Dn. Barthium misi: quaeris quidnam responsi abstulerim? accipe & compone frontem:* Daß Juncker Caspar Barthen (ipse propria manu scripserat) ein Schreiben von &c. überbracht/ist dem Bothen dieses zum Zeugniß ertheilet. *Signatum Sellerhausen. Quae eadem verba, proxima hyeme mihi reddita sunt,*

Reinesii, (*i*) Philippi Caroli, (*k*) Isaaci Vossii, (*l*) Hadriani Beverlandi (*m*), aliorumque quibus prae nimio Critices studio vel puriora sordere sacra coeperunt, & qui dum gentilium assidue voluerunt chartas, gentilium etiam nonnunquam mores

res

---

quum ad ipsum literas dedissem, quaeso te frater, quid videatur? nam ego judicium suspendo.

(*i*) Reinesius Lutheranorum quidem in Ecclesiis, & verbi Dei auditu & Sacramentis usus fuit, de ipsa vero doctrina, libris Symbolicis & dogmatibus in iis contentis admodum sinistre sensit, quod vel ex epistolis ejus Colon. Brandenb. vulgatis patet. In iis enim contemptim *Formularios* vocat Theologos Form. Conc. amplexos; D. Majorem Seniorem *grundionem*, qui applausores nullos habeat, alios *Archipetecidas* appellavit. Confer Abbatis Würtenbergici Andr. Caroli Memorabil. Sec. XVII. Ecclesiastica. L. VI. c. XXXII. T. II. ad ann. 1654. p. 97.

(*k*) De Philippo Carolo Altdorfinae quondam Academiae Doctore non incelebri Omeisius ait in gloria Acad. Altdorf. p. 172. *Vocem cum psallentium choro nunquam copulavit, sed vel Senecam suum, vel Lipsium, vel Autorem evoluit alium, quem prurientes ipsius auriculae mallent audire.*

(*l*) (*m*) Isaacum Vossium periculosas de divinis rebus opiniones haud paucas fovisse, inter omnes constat, & publicata scripta docent. Notum etiam, ex ejus schola Hadrianum Beverlandum prodiisse, qui per annorum aliquot spatium à calamis ipsi fuisse dicitur. Hic autem ad

res induerunt, innumera exempla luculenter edocent. E contrario, qui ex indubiae fidei tabulis Ecclesiae & imperiorum vicissitudines casusque varios, incrementa, decrementa, eorumque genuinas causas, bellorum varios eventus, temporum genium, & Principum qui oris patriis cum laude praefuerunt optimos depingunt mores, ii civium animos ad imitationem & ad diuinae providentiae cognitionem ducunt, pietateque & solidioris felicitatis gloriaeque desiderio

Priapaeas adsuefactus delicias stylum quem ex Petronii, Catulli, Propertii scriptis collegerat libidini assuetum, ne quidem à sanctissimis rebus abstinere potuit. Doctrinam enim de Adami lapsu sacerrimo libro de peccato originis Elevteropoli anno 1678. edito invasit & palam defendit arborem & poma à Deo protoplastis prohibita de membris genitalibus explicanda esse, ipsumque peccatum primum in veneris usu constitisse. Notus & ejus de jure stolatae virginitatis (ne) fandus liber &c. vid. Benthemii Holländ. Kirch- und Schul-Staat. Part. II. c. 4. p. 452. Possent ex Italis quoque Bembus, Politianus, & alii huc referri, sed de his confer Dissert. meam de doctis Italiae Naturalistis in Academia hac quondam editam.

rio imbuunt. (*n*) Vera me dicere qui monumenta Saxonum perlegerit, ſponte non coactus fatebitur. Ea enim gens, quae ad faſtigium ſummum Pontificiam tyrannidem imperante Henrico IV evexerat, eandem quoque ſeculis ſequentibus mutato rerum ordine evertere mira conſtantia felici ſidere conata eſt; & in hoc populo a variis haereſibus, à perſecutionibus, ab hoſtibus graviſſimis, ab ipſa vi duorum ſeculorum invicta veritas & adhuc florens literarum gloria huc usque perſtitit. Benignius autem ſidus hoc ſi à Divini Numinis clementia diſceſſeris, nonniſi SERENISSIMORVM PRINCIPVM SAXONIÆ

(*n*) Hac ratione hiſtoriam utique tractandam eſſe recte monet doctiſſimus Meldenſium Præſul Jacob. Benignus Boſſuetus dans ſon diſcours ſur l' hiſtoire univerſelle a Monſeigneur le Dauphin, qui liber Pariſiis 1684. med. form. eſt impreſſus.

ſtudio laude omni majori effulſit, quorum cura diſpulſis ignorantiae foedae quae orbi incumbebat tenebris nitori priſtino & purior cultus & politiores literae vel ipſis veritatis hoſtibus non diffitentibus ſunt reſtitutae. Immortalia vero hac in parte SERENISSIMÆ STIRPIS ERNESTINÆ fuiſſe merita facile quisque colliget, qui infinitis ferme laboribus cruciatibus atque ærumnis FRIDR. III, inprimis verò JOHANNEM CONSTANTEM & JOH. FRIDRICVM MAGNANIMVM vel ipſis hoſtibus judicibus verè MAGNANIMVM (*o*) expoſuiſſe ſe, penitius con-

(*o*) Magnanimitatem admiratione dignam Saxonum Electori Joh. Friderico inter ipſos Pontificios Hieronymus Faletus Italus eques & Ducis Ferrarienſis ad Germanos legatus in deſcriptione belli germanici Hortlederiano Operi T, II. inſerta, p. 725. tribuit. Invictum hujus Principis animum etiam Vir prudentiſſimus & judicio vere pragmatico præditus, Didacus Saavedra Conſiliarius Hiſp. Reg. Phil. IV. intimus in Symbol. Polit. Symbol. XXXIII. juſtis laudibus extollit.

consideraverit, hoc enim Cœlestini, (p) Sleidani, Seckendorfii aliorumque monumenta nos edocent. Infausto verò sidere Schmalcaldico irruente bello nox atra & foeda ignorantia & sacris purioribus & politioribus literis incubuisset, nisi heroica DIVI MAVRITII virtute conciliatum musis otium fuisset, qua provida Principis cura in orbem rediere, suumque cultum, suumque recuperarunt nitorem. Agnoscent itaque posteri & SERENISSIMAE STIRPIS ALBERTINÆ immortalia merita, nam huic universae quacunque patet Germaniae orthodoxus coetus purissimi non duntaxat cultus,

(p) Legi merentur literæ Iohannis Constantis, Philippi Magnanimi, ipsius Lutheri, aliorumque Theologorum Evangelicorum Historiae comitiorum Augustanorum Coelestini insertae.

ſed & humanioris litteraturae cùm reſtitutionem tùm conſervationem merito jure mente gratiſſima imputare non dubitat. Ut itaque conſtaret huic ſolenni panegyri, qua cauſa quaque fiducia ſubſellia haec conſcenderim, & quid potiſſimum à me vel exigendum hoc tempore vel exſpectandum ſpectatiſſimi Auditores haberetis, ſciatis, DE SERENISSIMORVM SAXONIAE ELECTORVM AC DVCVM LINEAE ALBERTINAE meritis in Eccleſiam & literas politiores immortalibus ſecundum temporum ſeriem me verba eſſe facturum. Non autem adeò aut negligenter vires meas libravi, aut libratis ſtolide confido, ut huic provinciae me ſponte mea offerrem; ad facienda verba diei praeſentis me invitavit ſolennitas, quando natalem SERE-

SERENISSIMI PATRIAE PATRIS REVERENDISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI MAVRITII GVILIELMI, POSTVLATI ADMINISTRATORIS EPISCOPATVS NVMBVRGICI, DVCIS SAX. IVL. CLIV. AC MONT. ANG. ET VVESTPHAL. LANDGRAVII THVRING. MARCHIONIS MISN. VT ET SVPERIORIS ET INFERIORIS LVSATIAE, PRINCIPIS COMITIS HENNEBERGAE, COMITIS IN MARCA ET RAVENSBERG, DYNASTAE IN RAVENSTEIN, PRINCIPIS AC DOMINI MEI CLEMENTISSIMI celebrare hodie tenui admodum oratione in animum induxi. In hoc enim Principe redivivas non ſolum DIVI MAVRITII, ſed & SERENISSIMORVM OMNIVM MAJORVM admirari virtutes licet, adeo Celſisſimi ſui nominis & eruditionis reconditæ ſama vel JUVENTVTIS PRINCEPS exteras complevit terras, ut erudita gens

hoc viſo Duce eum ſe conſpexiſſe arbitraretur, quem exoratum terris dediſſet Numen, & cujus virtuti vota civium haud quicquam addere quam perpetuitatem poſſent. Videatur autem aliquid culpae eſſe, quod ſatis quidem tenuiter & leviter exercitatus & imparatiſſimo ad praeſens propior officium de argumento ſatis arduo dicendi occupasſe videor; tenuitatem judicii mei, rerum inſcitiam, orationis aliquis vitia coarguat; ſponte non coactus fateor, ipſe tenuitatis meæ optimæ mihi ſum conſcius, ſed tamen ad confringendos hosce impetus validiſſimi ſcuti vicem opponam par unum verborum, in Principes pietas, in patrias oras amor jubet. Non

ita-

itaque audaciam meam, non imprudentiam conſcripti Academiae Patres increpabitis, namque & Vobis meum in hunc Divinum Principem obſequium probatum iri ſpero , qui veſtra benignitate robur addere animumque tenuitati meae conſtituiſtis, quando ut hanc qualemcunque orationem auſcultaretis attentius, meumque inſtitutum aequius dijudicaretis in hac ſolenni panegyri apparuiſtis.

Culturam omnium ſcientiarum in oris Germanorum florentiſſimam eſſe hodie, nemo certe niſi ſanae rationis omnis expers diffitebitur ; certarunt enim inter ſe per integrum duorum ſeculorum ſpatium & vel adhuc certant ſingulae gentes , ut lite-

literis majora ſubinde adderent incrementa. Amœnitate ſtudiorum Francorum & Suevorum terrae florent quas ſi mechanicarum artium officinas, ſi optimorum ſedes artificum dixeris, vel ipſos exteros, Britannos, (q) Belgas, (r) Gallos (s) con-

---

(q) De Noriberga Maximil. Miſſonus ait dans ſon nouveau voyage d' Italie T.I. p. 77. juxta edit. ſecund. Hagæ Comitum 1694. impreſſam ait: *Il ny a point de gens plus induſtrieux que les artiſans de Nürnberg. quelques uns leur attribuent l' invention des armes a feu, auſſibien que celle de la poudre a canon. D' autres a la verite, diſent que cette poudre a ete inventeé a chiogia, dans l' Eſtat de Veniſe; & d' autre encore, ont ecrit que cela vient de Danemark. Toute l' Europe eſt rempliẻ des petits ouvrages de Nurenberg; Il y en a de bris, d' Albaſtre, de carte meſme, & d' Amidon.* Idem Anglus Miſſonus Tomo cit. p. 87. de Auguſtanis nobiliſſimis Sueviæ incolis ait, *on n' eſt pas moins ingenieux a Augsbourg, q' a Nuremberg, & on y excelle particulierement en Horologerie, en Orfevrerie, & en ouvrages d' yvoire,* &c. Fuſius hoc etiam Miſſonus probat, juſtis laudibus Auguſtanorum artificum extollens famam, ſed nimis prolixus locus eſt, quem auctiori editioni Auguſtæ Literatæ quam diſſertationibus duabus pro roſtris Philoſophicis ſuperiori anno expoſui, inſerere placebit.

(r) Noribergam Daniel Eremita, belga gente & magni Hetruriæ Ducis ad Electores & Principes Germaniæ legatus his verbis laudat in Itinerar. Germ. Statui Ferdin. II. 1637. edito ſuffixo, p. 360. *Noriberga indubie urbs germaniæ prima eſt in qua hoc præſertim mireris, quod ingenti & ſterili planitie ſita, nec abundantia rerum, nec opulen-*

consentientes penitus habebis. Quippe hi, regionum harum cives ad variarum artium disquisitionem ingenia acuere, atque haud ulli genti omnium rerum inventis subtilissimis

C cede-

tia, nec magnitudine ulli aliarum Germaniæ urbium secunda sit, caussam haud absurdam reor, quod sterilium locorum ingenia hominum ad exercitionem, virtutem, & variarum artium disquisitionem acuuntur, & duritie soli cœlique acrius animantur. Illa quæ ubertim & copiose omnia promunt, terræ, fiducia locorum nimia effœminant incolas & enervant. Ἀ πενία διέφαινε μόνη τέχνας ἐπεγεῖρει. *Id argumento facile colligas, quod hujus oppidi cives omnium rerum subtilissimis inventis nulli cedunt, & in maxima loci inopia omnium rerum affatim copia est.* Idem & Augustam loco cit. celebrat, sed locum hunc cit. scripto quo Bentivoglii, Patini, Ripamontii, aliorumque de hac augusta urbe testimonia produxi aliquando addam.

(*s*) Banosius in vit. Petri Rami præfixa tr. de Christiana Religione ait: *Proposuit & Noriberga Ramo multos doctrina pietate & ingenio cives & amicos clarissimos; Noriberga denique Noribergam opibus, armis, ingeniis Mathematicis, non solum præceptis, sed operibus & exemplis florentissimam toto terrarum orbe civitatem proposuit.* Nota Norimbergensium artificum Iohannis & Gottfridi Hautschiorum, Oswaldi Nehringeri, Henrici Schwanhardi, Georgii Schvveigeri aliorumque inventa varia, quæ Wagenseilius in Commentario de civitate Norimbergensi fuse satis recenset. Eadem celebrat Joachimus Sandrartus in Academia Teutonica. Part. II. libr. 3. c. 24. De Augustanorum inventis ipse in dissertatione secunda de meritis Augustanorum in lit. polit. c. ult. tractavi, plura alio tempore addam.

cedere serio affirmant. Silesiae gentis genium Astronomi docere videntur, qui Virgini & Mercurio provinciam hanc subjecerunt, hinc ad literarum studia aptissima esse Silesiorum ingenia jamdudum Hanckius, (*t*) Henelius & Lucas demonstrarunt, quibus assensum facile praebebit, qui quanta ibi Oratorum & Poëtarum sit celebritas, accuratius expendet. Nec Guestphali suis fraudandi sunt meritis, quippe quibus vel ipso judice Chytræo laus in linguarum studiis apud

(*t*) Vid. Hanckium de Silesiis indigenis eruditis, imprimis vero cum Hanckius eruditos qui recentiori ætate vixerunt non tetigerit, Friderici Lucæ Schlesischer Denckwürdigkeiten Tomum II. in quo literarium Silesiæ statum depingit, & de Gymnasiis, Bibliothecis & viris Silesiæ eruditis tractat. Recensentur etiam eruditi hujus gentis in Henelii Silesiographia renovata cura Reverendiss. Fibigeri edita C. VII. De celebrioribus Silesiæ Poetis Hofmanno, Gryphio, Muhlpfortio, Lohensteinio, Abschazio, aliisque confer Neumeisteri schediasma de Poetis Germanicis & Morhofii Unterricht von der Teutschen Sprache und Poesie. C. IX.

apud Germanos primum excitandis, nitidiusque ac purius elaboranda latina oratione soluta & ligata, non minima certe merito est tribuenda. (u) In propagandis vero & humaniorum literarum & omnium artium studiis Saxones utique prae reliquis Germaniae populis laudem omnino maximam sibi vindicare jure possunt, utpote in quorum oras Graeciae commigrasse genium credas, si tot eruditos Principes, tot optimis ingeniis

(u) Inter hos primi duces ac antesignani fuerunt XV. Seculo Rudolphus Langius nobili genere & ingenio Poeta, Canonicus Monasteriensis & munificus Literatorum Maecenas diu ante Conradum Celten celebris; & Alexander Hegius, qui Daventriensem scholam omnium ea aetate in his gentibus celeberrimam per triginta annos cum laude rexit. Hujus discipuli fuerunt Erasmus Roterodamus, Joh. Murmellius, Hermannus Buschius, Timannus Camenerus, qui florentissimam illam Monasteriensem scholam Rud. Langi consilio constitutam feliciter gubernavit. &c. Confer D. Davidis Chytraei orationem de Westphalia, Joh. Goës opusculis de Westphalia insertam p. 16. Imprimis vero evolve Hermanni Hamelmanni Westphaliam literatam, quae inter opera Hamelmanni a Wasserbachio edita legitur.

geniis florentes Academias, (x) tot literatorum coetus, tot delectantia ex-

(x) Ita Lipsiensem Burmannus appellat in orat. funebri in obitum Grævii habita & Grævii epistolis suffixa p. 562. Lipsiensem quoque Academiam justis laudibus extollit, & reliquis Germaniæ omnibus præfert, doctissimus belga Jacobus Tollius, Professor quondam apud Duisburgenses celeberrimus in epistolis itinerariis epistl. III. p. 63. 64. seqv. quando ait: *Lipsia tantum inter Academias Germanicas quod ad nitorem, pompam, frequentiam civium, elegantiam linguæ morumque elucet, quantum inter stellas luna minores.* Sequentibus verbis Viros doctos quos Lipsiæ vidit celebrat, Ammannum Botan. Prof. Cl. Fellerum, quem Virum humanissimum, Godofredum Grævium, vel hodie superstitem Amplissimum Lipsiensium Consulem, quem pereruditum, Herrichium, quem *priscæ Poeseos cultorem* vocat imprimis vero Fridr. Benedict. Carpzovium Polyhistorem consummatissimum. Sed nescio quo genio afflatus fuerit Tollius, quando de Wittebergensi Academia inique sentit. De hac enim p. 63. *Witteberga* inquit *urbs studiis literarum, & imprimis Luthero suo clara, nihil habet quod advenas alliciat, nisi famam nominis. Intranti urbem statim verum apparuit Germanorum illud vulgare dictum:* **Komm zu Wittenberg ins Thor/so begegnet dir ein Schwein oder ein Student/ oder eine Hur.** *Visurus Academiam, prælegentem audivi senem Theologum, & placuit insigniter ipsum Auditorium satis amplum & imaginibus pluribus exornatum. Quod autem urbs ea commorationem longiorem minime mereri videbatur, eodem quo veneram die Lipsiam profectus sum.* Merito hæc Tollii dicta Cl. Henninius Prof. Duisburg. quondam celeberr. in animadverf. his literis suffixis p. 77. reprehendit, dicens: *veneramur tamen illa Germaniæ eruditæ decora illic Schurzfleischium, Kirchmayeros, ut Tollio sine salute dicta minime prætereundos. Verum non reperiebat Witteberga elegantiam Batavicam in ædibus, nec forte sciebat, non pauca ibi visu digna esse & cu-*

exteros inventa (y) tot splendidas librorum pretiosissimorum officinas,

rioso oculo, non fugitivo lustranda; qua in re Patavinorum Medicus & Polyhistor Carolus Patinus in Relat. Historicis gallicano idiomate impressis regiam ipsi viam monstrare potuisset.

(y) Nota recentiori ætate duorum imprimis illustrium Virorum Leibnitii, Tschirnhausii aliorumque inventa. De Leibnitio quondam Conringius dixit: *Leibnitii ingenium est igneum & indefessum, non intra unius alicujus doctrinæ angustias se continens, cujus generis perquam rara sunt dotes.* Vid. Conringiana a Rittmeiero edita p. 146. Vera dixisse Conringium & scripta Leibnitii & inventa docent, quæ vel Sinenses in admirationem rapiunt. Chinensium enim Arithmeticam per bis mille annos deperditam illustris Saxo hic omnibus obstupescentibus restituit. vide Tenzels curieuse Bibliotheque anni 1705. p. 81. Illustris Tschirnhausii Reg. Maj. Polon. Consiliarii quondam intimi inventa in Actis Eruditorum Lipsiensibus, Academiæ scientiarum Gallicæ, it. in ephemeridibus eruditorum cum Gallicis tum belgicis reperiuntur. Utrumque, & Leibnitium & Tschirnhausium, cujus postremi specula caustica fuerunt omnes cultiores gentes admiratæ jam dudum Galli Regiæ scientiarum Academiæ socios adscripserunt. Tantam etiam apud exteros æstimationem Saxones sibi inventis suis compararunt. Audi illustrem *Zechium* T. I. des Europäischen Herolds p. 93. sequentia tradentem memoratu digna: Man muß noch immer viel lernen von den Frantzosen/ doch aber lernen auch beyde Nationes Italiäner und Frantzosen viel von Teutschen/ als welche ohnerachtet der eingeschlichenen Verderbnisse doch noch viele unnachahmliche Künste und Wissenschafften vor sich haben. Und war doch in gantz Franckreich keiner zu finden/ welcher die grosse Glocken uff den Thurm der Frauen-Kirche zu Parieß ohne Gefahr hinauff zu bringen sich getrauet/ es muste es ein Teutscher aus Leipzig hür-

tot publicas & privatorum biblio-thecas haud poenitendis sumtibus exstructas, tot quæ cottidie prode-unt literaria diaria curioso perlustra-re oculo placuerit. Originem autem felicitatis hujus, qua vel recentiori ætate puriori cultui addictis jam me-moratis Germanorum gentibus frui licet, si accuratius investigemus, hanc DIVIS ALBERTINÆ STIRPIS SE-RENISSIMIS AC POTENTISSIMIS SAXO-NVM ELECTORIBVS qui Seculo impri-mis XVI. claruerunt, tribuendum esse, luculenter satis sequentia quæ jam

tig thun. Taceo plura. Ne mireris lector, Saxoniam literatam ha-ctenus a nemine fuisse scriptam, immensum laborem suscipit qui hujus gentis merita depingere audet. Huic aliquot volumina e-tunt conscribenda, si de eruditorum omnium qui per duorum dun-taxat Seculorum spatium in oris his inclaruerunt scriptis, quanto in pretio fuerint Viris doctis, de præstantioribus editionibus, de Bibliothecis Saxonicis cum publ. tum privatis earumque apud exteros fama, de variis Saxonicorum artificum inventis velit tractare.

jam in medium sum producturus verba docebunt. Enimvero, ipsi cognoscitis Auditores, spoliatos Gubernatore suo ac Duce, Joh. Fridrico Magnanimo Electore, in squalore ac luctu jacuisse Protestantes, suoque orbos Parente durissimis conflictatos cum casibus & multiplicibus exagitatos adversitatibus fuisse. Immensus illo tempore dolor erat, & fieri vix poterat, ut cruciatu furibundo deficiente & languido corde hoc tanto vulnere aliqua reperiretur consolatio; nam sæva copiarum Cæsaris incursione Germanorum terra premebatur gravissime & Romanensium hæresi contabescebat; nunc omnis eruditio, nunc Auditores purior fides in oris vestris patri-

is

is collabascebat. Nullo negotio colligere quisque poterit, ea tum Germanorum populis expectanda fuisse fata, quæ vasto Romanorum Imperio imminebant, cum barbarum gentium incursibus provinciæ fere omnes crudelissime devastarentur. Deperditæ nunc statuum Evangelicorum res fuissent, nisi divina clementia novum tunc effulsisset sidus, primus Albertinæ Lineæ Saxonum Elector DIVUS MAVRITIVS, in quo Alberti fortitudinem, (z) Georgii pru-

(z) De Alberti animosi fortitudine vid. præter Fabrit. Origines Sax. & Mülleri Annales Sax. imprimis Mich. Bojemi Vitam Alberti animosi Schuzfleischii Operibus Hist. Polit. p. 584. insertam. Dextram Imperii manu Albertum hunc ab Innocentio VIII. Papa in literis ad nostrum missis appellatum fuisse, testatur Fabrit. in Orig. Sax. ad ann. 1491. p. 430.

prudentiam (*aa*) Henrici pietatem

D

(*aa*) Georgio prudentiam Fabritius in orig. Sax. passim tribuit, tribuit etiam doctrinam, quando p. 842. ait. *Georgius adolescens bonis literis atque artibus Lipsiæ instituitur, in quibus tantum progressus est, ut cum exteris sine interprete, quæ vellet in sermone familiari loqueretur*, *Vidi fragmentum commentarioli de rebus gestis Alberti Patris ab ipso conscripti*, &c. fatetur tamen idem p. 874. hostem Lutheranorum hunc Ducem fuisse acerrimum, tradens: „ Diversum a se suisque " Theologis sentientes in suis provinciis cives non paucos mulctabat aut carcere aut exilio; qui vel cibis illicitis & vetitis vescerentur, vel aliena templa frequentarent, vel testamentum Christi " secundum Pontificis institutum non sumerent: Sacerdotes, quos " deprehendebat, Stolpam aut Mersburgum præsulibus mittebat " excruciandos; quorum aliqui addicti perpetuis vinculis sunt, ali- " qui penuriâ & fœtore carcerum perierunt: defuncti ibidem per " lictores aut carnificem vehiculo in loca profana tracti, & in mor- " ticinis sepulti sunt. Ciues ipsi in oppidis & urbibus, simili mo- " do sepulturæ honore & loco solito caruerunt: inter quos Lipsiæ " fuit honestus & doctus vir Augustinus Picus Iurisconsultus. Con- " debantur autem aut extra mœnia & terminos cœmeteriorum, aut " in ea loca deportabantur, in quibus nocentes gladio puniri solent. " Nonnullis, qui exulatum ex vrbibus deducebantur manu, vt fieri " solet, tortoris aut lorarii, pannus non consutus, sed media ex par- " te scissus, vnde caput exererent, de humeris suspendebatur, ludi- " brii causâ, quod Dresdæ fieri ipsi vidimus. Meritò tamen ipse Fabritius p. 873. hunc principem excusat, *quippe tenebatur Dux autoritatis Ecclesiasticæ & consuetudinis antiquæ vinculis; erant præterea homines, quibus ipse tribuebat omnia, qui composito literas eliciebant, à Roterodamo Sadoleto & aliis quibus in sententia confirmaretur, Ecclesiam Rom. errare non posse.* Facile hinc non ex industria, sed ex simplicitate nostrum peccasse dixeris. Quicquid sit, vel pia morte, quam in Annal. Sax. ad ann. 1539. Müllerus p. 93. describit, Georgius

tem (*bb*) ſuſpiciebant ſinguli & poſteri adhuc ſuſpiciunt. Hic jam ſuperioribus annis leges Eccleſiæ ſaluberrimas condiderat, (*cc*) reditibus

hic docuit, ſe VETERIS FIDEI ASSERTOREM CONSTANTISSIMVM ſe PRINCIPEM eſſe vere CATHOLICVM. His enim elogiis ab aliis ornabatur, his etiam in nummis utebatur. Vid. Tenzelii Saxon. Numiſm. Lin. Albert. T. I. p. 24. & 33.

(*bb*) Henrici, Georgii Fratris, Mauritii Parentis pietatem præter alia imprimis Reformatio in regionibus Albert. Lineæ parentibus ſuſcepta docet. Memoriam ejus commendare poſteris ſtuduit peculiari nummo anno 1539. cuſo cujus inſcriptio JOSEPHUS RESTITUTUS EST PRISTINAE DIGNITATI SUAE. Applicationem horum verborum Cl. Schlegelii Biblia in nummis docent p. 8. nec non Tenzelius in Saxon. Numiſm. T. I. p. 72. quippe iisdem ferme fatis uſus fuerat, quibus Joſephus in Ægypto.

(*cc*) Sleidanus Libr. XV. commentar. de ſtatu relig. & Reipubl. ſub Carolo V. ad ann. 1543 p. 168. his verbis Mauritii in Eccleſ. literas politiores & Rempubl. merita depingit: " Mauritius Saxoniæ Dux leges aliquot condit, ad hoc tempus, quæ per ipſius ditionem ſerventur: ac initio quidem populi doctores & eccleſiæ miniſtros hortatur, ut officium diligenter faciant, pure doceant Evangelium, præluceant honeſtis vitæ exemplis, hortentur homines, ad precationem ac mutuam charitatem, vitia reprehendant acriter, & præfractos ab Eccleſiæ communione ſeparent aſſentiente Magiſtratu, donec reſipiſcant; eos vero, qui ne ſic quidem emendantur, magiſtratui deferant. Deinde quoniam juventus eſt veluti ſeminarium tam eccleſiæ quam reipubl. tres literarum ludos, inſtituit, Miſenæ Merſeburgi, " (Merſeburgo poſtea Grimmam

tibus philyream auxerat, provincia-les ludos vel nostra aetate ab exteris laudatos (*dd*) aperuerat, (*ee*) tu-

 taque

translatus fuit Mersebergensis ludus jussu Mauritii 1550. docente Müllero in Annal. Sax. p. 114.) " Portæ singulisque locis certum " numerum attribuit adolescentum. His omnibus victum præbet-" atque vestitum, magistris etiam annua stipendia solvit, & in hunc u-" sum applicat eorum collegiorum proventus, in quibus aliquando " monachi vixerant, & id genus alii. Studiosis concedit sex annos," ut ibi doceantur: Ex iisdem quoque bonis Academiam Lipsi-" ensem auget & amplificat duobus aureorum millibus annuis &" modiis aliquot frumenti; mendicationem quoque prohibet, & " ut subveniatur familiis egenis, pecuniam annuam certis locis" designat. Posthac iis qui puellas devirginant, nec in matrimoni-" um ducunt, hanc pœnam statuit, ut etiamsi post illas elocent ac " nuptui tradant, in carcerem tamen ducantur; adulteros autem " gladio feriri jubet; Viros nobiles, qui ducunt uxores illas, qui-" buscum antea consueverunt, ita mulctat, ut ipsorum liberis, qui-" nati sunt ante nuptias, bonorum quæ pendent ab ipsius beneficio " possessionem atque fruitionem adimat.

(*dd*) Docendi methodum in Gymnasio Portensi receptam celeberrimi in Acad. Ultrajectensi docentes Professores Ioh. Georg Grævius, ejusque in cathedra successor, Petrus Burmannus laudant & Electorum Saxon. merita in lit. polit. extollunt. Hic quidem postremus in Orat. funebri in mortem Grævii habita, & Grævii epistolis suffixa p. 559. " In Patria urbe *inquit* Naumburgi, postquam primis lite-" terarum elementis imbutus esset Grævius, ad Latinas Græ-" casque arripiendas in celebre tota Germania Gymnasium Por-" tense mittitur. Sæpe defunctum narrantem audivi, quam egre-" gia cura & disciplina laudabili teneriores ibi formarentur mentes."

taque Musis conciliare domicilia [illegible] cona-

„Electores enim Saxoniae, discussis falsorum tenebris, ex libidinis latebris ignavissimos ventres, & sola ignorantia turgentes Monachos extraxerant, & coenobia, regiis vectigalibus dotata, in bonae mentis palaestras converterant. Inter ea celeberrimum erat, quod ab Udone I. Naumburgensium Episcopo ad Salam conditum, Porta Mariae dicebatur. Hunc ludum omnibus popularibus communem sapientissimi Principes, in quem parentes, felicioris ingenii pueros sumtu publico erudiendos mitterent, aperuerant. Nullo sanguinis aut fortunarum discrimine Comitum, Baronum & Civium filii, ibi severissima lege proficere jubentur. A quinta hora matutina, sive aestas dierum spatia extendit, sive hiems contrahit, ad solem occidentem continuo labore & exercitatione, modica modo intermissione data, occupantur. Non crudelis matrum indulgentia, non prava patrum facilitas flexibilem & proclivem ad ignaviam & otium juventutem corrumpit. Credite, quotquot hic adestis, Patres, non mihi, sed omnis aevi sapientibus viris, sed ipsis proavis vestris, antiquae severitatis & disciplinae hominibus, non aliam hujus saeculi infelicitatis, & bonorum virorum penuriae caussam esse, quam perversam illam lenitatem & educationis mollitiem, qua, dum puerorum tergis & corporibus metuimus, secure mentem corrumpi permittimus; dum stulta nos torquet sollicitudo, ne delicati nostri filioli assiduo labore, studiorum taedium & fastidium capiant, facile illos patimur deliciis, & voluptatum illecebris infici & immergi.„ Nitidissimas Flori, Justini, Suetonii, Catulli, Tibulli, Propertii, Luciani, Caesaris Hesiodi & Ciceronis operum editiones GRAEVII curae literatus orbis debet sed hae fortasse nunquam prodiissent, nisi in Portensi Gymnasio his literis Graevius a puero fuisset imbutus. Et vel recentiori aetate, vera dixisse Burmannum, Virorum celeberrimorum CHRISTOPHORI SONTAGII & GEORGII WOLFGANGI WEDELII exempla docent. Illum Altdorfium praedicat, quod ejus consilio ejusque cura patrocinante imprimis Obernizio, jura supremos Theologiae Candida-

conatus fuerat ; hic inquam cum

D 3 reli-

tis honores conferendi, Academiæ a Leopoldo I. fuerint concessa, illum idiomate grajo sæpius pro rostris publicis fortissime pugnantem, Respondentium etiam vices patria nonnunqvam Græcis ornantibus, Academiæ conscripti Patres admirati sunt. Illius ex schola haud pauci prodierunt, qui jam in celebrioribus Germaniæ Academiis Philyrea & Giessensi politiores literas studiosam pubem docent. Illius denique scripta Theologis nostratium Ittigio [in dedic. T. I. Hist. Eccl.] Büchero (in scriptis Polemicis) aliisque doctoribus Polemicis non minimo sunt in pretio. Sed ALTDORFINUS HIC THEOLOGUS studiorum matrem Portam agnoscit. WEDELII vero nostri, cujus & mens in Portensi ludo est formata monumenta immortalia, vel exteros in admirationem jam dudum rapuerunt, qui non philologicorum duntaxat studiorum, sed & omnigenæ doctrinæ reconditam notitam ipsi tribuere non dubitarunt. Ad belgas provoco. Hos inter celeberrimus Duisburgensium Philologus Henninius in observationibus ad supra memorati Tollii epistl. itinerarias p. 214. *Medicum* nostrum appellat *tam elegantia variarum lingvarum ac literarum reconditarum politissimum, quam artis saluberrimæ felicissimum, experimentis illustrem.* Hujus sententiæ ὁμόψηφος est clarissimi nominis Criticus Thomas Crenius in animadversionibus hist. Philolog. variis in locis. Nec mirum. Applaudentibus enim singulis varia illustris viri scripta rem numismaticam illustrantia, & medico philologicæ Exercitationes profanæ & sacræ publicam adspexerunt lucem. Medica vero scripta quanto in pretio fueruut eruditis? Pathologiam Med. dogmat. belgæ celebrant in ephemerid. erudit. belg. ann. 1693. Mense Jan. & Febr. sed & Anglorum oculos Wedelii scripta ad se verterunt. Specimen experimenti novi de Sale volatili plantarum in Actis Philosoph. Soc. Regiæ recensetur. Dissertatio de arthritide vaga Scorbutica in memor. hebdomad. Londinens. anni 1682. n. 12. & Exercitatio Medico Chirurgica de Setaceis ibid. eod. anno n. 19. celebratur. Physio-

religionis caussam agi ex eventu demum belli Schmalcaldici videret, rejecto interimistico libello (ff) probata

logia Wedeliana Londini 1685. anglicano idiomate donata prodiit. Nec Gallis Wedelii lucubrationes ignotas esse, diaria gallorum litteraria docent. vid. Journal des Sçavans anni 1683. ephemerid. XXIII. Itali vero quanto cum applausu exceperint nostri scripta, vel inde licet colligere; quod vel in Patavinam Academiam ante bene multos annos Veneti nostrum vocaverint, concesso sacrorum puriorum exercitio. Jam vero inter omnes constat, nonnisi Gruteros, Salmasios, Patinos, Viros, quorum labores vel hodie perpetuitatem servant, a Venetis fuisse invitatos. Taceo & Recuperatorum Academiæ a Patavinis nostrum jam dudum fuisse adscriptum. Et vel Byzantii quondam vixerunt, qui famam Wedelii fuerunt admirati. Literarium enim commercium nostro cum Alexandro Mauro cordato Turcorum Medico intercessisse, ex hujus literis Exercit. Medico Philolog. Dec. V. præfixis licet videre: Germani vero quid de laboribus Wedelianis sentiant, in Actis Lipsienses, Tenzelius in Colloquiis menstr. Valentinus in historia litterar. medica & alii docent. Hic autem Wedelius studiorum Philolog. fundamenta Misnensi, Grimmensi & Portensi Gymnas. debet, nam in his tribus ludis nostrum educatum fuisse certum est.

(ee) Confer Anton. Weck in der Dreßdner Chronic. p. 312. Fabritium in Stemmate Wittechindeo p. 49. nec non ejusdem librum I. de rebus Misnicis p. 27. Müllerum in Annal. Saxon. ad ann. 1343. pag. 99.

(ff) Thuanus libro VIII. operis sui Historici ad ann. 1551. p. 246. juxta edit. opt. Genevens. ait: *Mauritius per Melanchthonem, Würtenberg. per Brentium doctrinæ capita conscribi jusserant; conscripti libelli inter se prorsus consentientes, sed separatim oblati, quod verere-*

bata Saxonum confessione à Melanchthone adornata & in Concilio exhibenda (gg) & repudiata per legatos Tridentinae Synodi dogmata de-

tur Mauritius, qui hucusque in dissimulatione perseverabat, ne, si simul eandem omnes socii confessionem exhiberent, Caesareani in suspicionem factae foederationis adducerentur.

(gg) Müller in Annal. Saxon. ait ad ann. 1584. Käyser Carl ließ Churfürst Moritzen antragen/ sich das Interim vorlesen zu lassen/ und selbiges anzunehmen/ dessen Er aber Bedencken getragen/ und sich uff seiner Lands-Stände und anderer Gelehrten Bedencken und Gutachten beruffen. Nachdem auch den 19. Mertz Churfürst Moritzen die Annehmung des Interims von dem Käyser wiederum zugemuthet wurde/ ließ Er sich solches zwart vorlesen/ blieb aber bey der Antwort/ so Er vor zwey Tagen gegeben/ mit diesen Anhange: Ob Er wohl diese hochwichtige Religions-Sache nicht gäntzlich verstehe/ weniger davon zu urtheilen sich anmassen wolte/ so hätte Er doch so viel befunden/ daß Er in die darinnen befindliche grobe Irrthüme von der Messe und dem Canone nicht willigen noch selbige annehmen könnte oder wolte. Idem & l. cit. den 24. Mertz setzte der Käyser selbst mündlich in Churfürst Moritzen/ mit ernstlichen Begehren/ sich nicht ferner zu widersetzen/ sondern das Interim anzunehmen/ dessen Er sich aber beständig verweigerte. Den 18. May übergab Churfürst Moritz seine Erklärung wegen des Interim in Schrifften/ beharrete aber wie vormahls/ aso auch noch ferner bey seiner einmahl gethanen abschlägigen Antwort darinnen beständig.

decidendi modo, (*hh*) opportunum admodum prudenter (*ii*) opperiens tempus, bellum ut cum Thuano loquar, adversus corrupto tot prosperis successibus judicio utentem

(*hh*) Thuanus libr. VI. Hist. p. 193. juxta edit. laudat. ait: *Mauritius non aliter concilium sibi probari posse declarat, quam si res omnis ab initio retractetur, & A. Conf. Theologi non solum audiantur, sed etiam judices sedeant, Pontifex vero Concilio se submittat, neque Praesidis locum obtineat, jusjurandum etiam Episcopis remittatur, quo libere sententiam suam dicant.* Eadem ratione Petrus Suavis Libr. IV. Hist. Conc. Trid. p. 611. juxta edit. Lipf. M DCIƆ impressam, Mauritii Oratorum postulata describit: *Pontifici non permittendum, ut Praesidis autoritatem sibi sumat, sed & Concilio se submittat, & Episcopis jusjurandum remittat, quo libera sint suffragia.* Haec postulata ipse quoque Mauritius in literis ad Imperatorem anno 1552. datis proposuit, insertae sunt hae literae operis Hortlederiani T. II. p. 1283. 1284.

(*ii*) Prudentiam nostri hoc in negotio adhibitam praeter Thuanum & Suavem nummus indicat, qui si Luckio fides est in sylloge numismatum p. 147. illo tempore excusus. Exhibet hic balaenam per narium spicula porcellas effundentem, cui objecta sunt dolia, ut in haec vires exerceat, donec nautae, quod viribus decedit, strategemate possint supplere. Hunc nummum ita applicat Luckius; his artibus usum quoque Mauritium fuisse, dissimulasse aegrimoniam è Landgravii captivitate, tot precibus à Caesare spretis contractam; in speciem multa egisse, glaucomata objecisse varia. Constitutis tandem ex sententia rebus suis, probeque stabilitis, preces in arma vertisse, Caesaremque fuisse aggressum. vid. & Tenzelii Saxon. Numism. T. I. Lin. Albert. p. 97. 98.

tentem *(kk)* Cæſarem feliciter ſuſcepit & feliciſſime finivit. Hic itaque Auditores, hic Saxonum invictus Atlas & recte cogitando & fortiter atque intrepide agendo ſolus rem Germanorum impulſam atque ruentem illo tempore ſuſtinuit. Hic ad communis Patriae ut puriorem cultum reſtitueret, protectionem fortiſſime pugnavit, muſas errantes undique recepit, Academias reſtauravit, *(ll)* eruditos fovit, *(mm)* hic

E deni-

(kk) Ita ſentit Thuanus p. 127. L. III. edit. laudat.

(ll) Joh. Bodinus gallicanus JCtus XVI. Seculo clarus L. I. de Republ. C. IX. acriter invehitur in Mauritianam illam expeditionem, ac dubiam facere laborat operis juſtitiam, imo penitus evertere Mauritium ideo vocans perfidiæ Licentiatum, uti Albertum Brandenburgicum Doctorem. Sed vindicias Mauritianas oppoſuit Oſwaldus Hilligerus, JCtus Jenenſis ann. 1617. quanquam diu ante Hilligerum, Eberhardus a Weyhe, Petrus Heigius, Andreas Knichen, Antonius Heringius aliique eandem Mauritii cauſam defenderunt. Nec eſt quod mireris, Mauritii famam Bodinum lacerare, hic Germanorum genti Gallorum more eſt iniquus, quandoquidem huic vel quartæ Monarchiæ continuationem abjudicat, & Principes

denique publicam optata pace Augustæ parta tranquillitatem Germaniæ recuperavit. Hunc ſane Principem, ſi & aetatem (*nn*) & animum

Germaniæ Vaſallos Imperii ligios in methodo Hiſtor. C. 7. non dubitat appellare.

(*mm*) Imprimis Academ. Wittebergenſem. Hanc enim notante Mullero in Annal. Saxon. p. 120. ad ann. 1553. tanto amore eſt complexus, ut ſæpe dixerit: Die Univerſität Wittenberg ſoll mit meinen Willen nicht untergehen/ denn ſie hat die Unkoſten nur mit dem verdient/ daß die teutſche Bibel allda iſt ausgearbeitet worden. Confer & Bugenhagii literas T. II. Operis Hortlederi inſertas p. 477. juxta edit. ſecund. 1645. impreſſam: Hertzog Moritz ließ mich/ Melanchthonem und D. Crucigern zu ſich kommen/ hielt uns in der Herberge herrlich/ bezahlte alles/ und ehrte uns mit ſonderlichen Gaben und Geld-Geſchencken/ nahm uns perſönlich ſelbſt an uffs allergnädigſte/ declarirte ſich gnädiglich offenbar vor uns und allen Superintendenten/ daß Se. Gnade ſich keinerley Weiſe wolte wieder führen laſſen zu den Päbſtlichen Mißbräuchen/ drumb ſolten wir fortfahren zu lehren das Evangelium und zu verdammen ſolche Mißbräuche und andere Schwärmereyen. Unß befahl Seine Churfürſtl. Gnaden/ daß wir die Profeſſores Academ. Wittebergenſis ſolten wieder einfordern/ und anheben Lectiones zu leſen/ und zu beſtellen das Eccleſiaſticum Conſiſtorium; Und hierzu Wittenberg hat Se. Gnaden angefangen ſelbſt darzu zu thun/ daß dieſe Univerſität mit Einkomen verſorget werde/ und geſagt: Ich will dieſe Univerſität nicht ringern ſondern verbeſſern.

mum (*oo*) & facta (*pp*) spectetis, & summis & fortunatissimis, & pru-
E 2 den-

(*mm*) Id ex jam dictis patet. Adde tamen locum ex Razzenbergeri Historia Electorum Saxon. arcana, T. IV. Hist. Heresiarch: Arnoldi inserta. Ibi p. 93. hæc lego: Es verhielt sich Hertzog Moritz uffs gnädigste gegen die Gelahrten zu Wittenberg / beyde mit Anbietung der Gnaden / dazu auch stattlichen Gaben und Geschencken / denn Er dem D. Pomerano und Philippo alsbald einen jeden eine Pump-Mützen voller Thaler verehrete / und alle Gnade darneben ansagen ließ. &c.

(*oo*) Ferme mireris, hunc Principem qui ne quidem per integrum duodecim annorum spatium regimini præ quit præclaras adeo res gessisse. Nam præter jam dicta. Consistorium a Fratre Augusto, Merseburgi constitutum Lipsiam transtulit. v. Peiferi Lipsiam p. 386, & Schneideri Chron. Lips. pag. 351. Dresdam munivit, vid. Weck in Chron. Dresd. p. 99. Electorale Palatium, Mauritio- & Pleisseburgum splendide exstruxit v. Fabritii stemma Wittechindeum p. supra cit. Arces Radebergam, Senftebergam, Chemnicensem & Tschopensem ædificavit. v. idem l. cit. Hoc etiam regnante omnium Saxonicorum maximus & ponderosissimus nummus summo artificio confectus, qui trinitatem in nubibus exhibet, cusus fuit, & is vel hodie in nummophylacio Vinariensi & Gothano Tenzelio teste l. cit. p. 85. asservatur.

(*pp*) Invictus Mauritio superstitianimus notante Mullero in Annal. Sax. p. 120. Als einst seine Räthe die damahligen gefährlichen Kriegs-Zeiten ihm beweglich vorstelleten / und Ihn von den Kriegs-Affairen abziehen wolten / antwortete Er: Es wäre nicht ohne / seine Haut wäre so weich als der andern ihre / allein Er müste dem Exempel Christi folgen / der hätte sein Leben vor seine Schaafe gelassen / und dieses wolle Er auch thun. Invictus etiam Mauritio morienti animus, sic enim ait Thuanus Libr.

dentissimis (*qq*) Ducibus dignissime omnino comparandum esse, merito ipsi judicabitis, & quid præsidii literis Principis hujus morte fuerit ereptum, accuratius expendetis. Superstitem tamen socium virtutum Divi Mauritii & literatus orbis & orthodoxus coetus coluit, qui tot heroicis factis claruit, & omnium artium promotor singularis fuit AVGVSTVM I. Electorem Saxonum VERE AVGVSTVM. Vnum Romam Augustum protulisse, eumque laudibus ad poste-

XII. Hist. juxta edit cit. *Mox ubi præsensit ac notavit signa certa propinquantis mortis, Vir invicto & excelso animo, rebus in exercitu & domo summa animi tranquillitate ordinatis, minime se invitum terris excedere professus est, quod se fidei in Dei filium sua optima spe foveri lætaretur, neque sentiret affici desiderio ejus vita, in qua continuis quasi fluctibus negotiorum vexatus tam incertas voluntates & leves hominum animos atque indignam meritis suis gratiam expertus esset.*

(*qq*) Prudentissimis Sax. Electoribus nostrum annumerat illustris Zechius in Europäischen Herold. p. 235. juxta edit. recentiss.

posteros victuris extulisse, priscae Romanorum tabulae nos edocent, alterum stirps Saxonum produxit, & hunc Germanici nominis, divini cultus, & literarum decus ad omnes gentes diffudisse, Annales referunt. Illum liberalia studia à prima statim ætate cupide exercuisse Suetonius narrat; hic tanto amore varium doctrinæ genus est amplexus, vt Imperatorum Ottonum exemplo jam corroborata ætate, quod in Principibus rarissime contingit, latinam linguam didicerit (rr) hic quo ingenii aut animi impetus eum ferebat, id bonitate naturæ & assiduitate intentionis facillime consequebatur. Ille in maxima rerum mole & legisse

 & de-

(rr) Confer Fabritii res Misn. L. I. p. 28. Mullerus in Ann. Sax. p. 192. ait: Die Lateinische Sprache hat der Churfürst Augustus im

& declamasse quotidie traditur: hic musis & mechanicis artibus diebus operabatur singulis, *(ss)* & studiorum delinitus dulcedine molestias senectutis omnes operum Lutheri assidua lectione abstergebat; *(tt)* Hic tanto studio genuinum codicis divini sensum scrutabatur, ut degustare Orientis etiam delicias non dubitaret. *(uu)* Augustum Romanorum

---

47ten Jahre seines Alters wiederum vor die Hand genommen und sich darinnen geübet/ auch öffters/ wenn Er in einem genere verstossen/ gesagt; Er wolle eine Tonne Goldes drumb geben/ daß alle nomina in a gen. fœmin. wären.

(ss) Asservantur vel nostra ætate Dresdæ in camera quadam Electoralis stabuli globi tornatiles varii ab hoc Augusto summo artificio formati, quos ipse ante aliquot annorum spatium cum Dresdæ per aliquot hebdomadas hærerem una cum aliis admiratus sum. Videre quoque ibi licet officinam qua cum tornaret Elector, (hac enim arte valde delectabatur) usus fuit.

(tt) Muller in Annal. Sax. p. 192. Kurtz vor seinem Ende hat dieser Churfürst die Bibel innerhalb 4. Wochen/ und die Tomos Lutheri binnen 30 Wochen durchgelesen.

(uu) Drellerus Prof Lipsiensis in chron. Saxon. dicit. Augustus ist in allen Künsten so erfahren gewesen/ daß Er auch derselben Kun-

norum Imperatorem circumfusum undique corona Virorum eruditissimorum fuisse scriptores prisci tradunt; Noster cum artificibus optimis & Viris singulari doctrina conspicuis esse quotidie optabat, hos quoque ut heroico suo sanguine prognatos juventutis Principes de sacro fonte susciperent, sæpissime expetivit. Non equidem is sum Auditores, qui principum in artes merita justis extollere laudibus audeam; illibatum unicuique suum decus manet; id tamen asseve-

rare

---

damenta erforschet und erkundiget hat. Endlich aber hat Er in seinem Alter auch die Ebräische Sprache gelernet/damit Er die Bibel in eigener Sprache und die Sprüche oder Zeugnisse der Heil. Schrifft aus ihren eignen Worten ergründen und verstehen möchte.

rare auſim, liberales diſciplinas omnes huic vere ſui nominis Principi incrementa non minima debere. Hiſtoriarum ſtudium quantopere auctum ejus virtute fuerit vel inde patet; cum enim Princeps ſapientiſſimus à primo mundi exordio prudentioribus gentibus in uſu fuiſſe perpetuo cognoſceret, ut res tam ſacræ quam profanæ literarum conſignarentur monumentis, egregia ſubjectos Principum ſuorum facta ignorare haud quaquam paſſus eſt, ſed ut origines invictae qua ortus erat gentis ex monumentis indubiae fidei Fabritius deduceret, negotium dedit, ipſe ut tentatum opus perficeret, ſubinde literas ad eum curavit

exaran-

exarandas. (*zz*) Ejus itaque mandato Saxonicæ Fabritii origines, ejus autoritate quoque immortalis Albini labor deſcriptionem terrarum Miſnicarum Geographicam hiſtoricam & metallurgicam complectens, in publicum prolatus eſt & in notitiam hominum venit. (*aaa*) In naturales vero & mathematicas res quanto quæſo amore ferebatur? Hunc inſtructiſſimum quod Dresdæ

F as-

(*yy*) Müller. in Annal. Sax. p. 155. Zu Printz August. Churfürſt Augusti ſiebenden Sohnes Tauffe wurde als Tauff-Zeuge nebſt andern erwehlt der damahlige Superintend. in Dreßden Daniel Gräſer / wobey zu mercken / daß der Churfürſt dieſen Geiſtlichen / als Er ihm die Stelle eines Gefatters wiſſend gemacht / dabey zugleich ſagen laſſen / er ſolle ſich keine Ungelegenhet machen / und über einen Spaniſchen Gold-Gülden nicht einbinden. Weck. in Chron. Dresdenſ. p. 329. ait: Zu Churfürſt Augusti vierdten Fräulein Dorothea, ſo 1563. gebohren / waren Tauff-Zeugen: D. Ulrich Mordeiſen Cantzlar / Heinrich von Schönberg / D. Joh. Neſe, Leib-Medicus &c. Anna Rudolph von Bünau Weib &c.

(*zz*) Vid. Dedicat. præfixam Fabritii Orig. Saxonicis.

(*aaa*) Confer Dedicationem operi Albini præfixam.

asservatur cimeliarchium à nostro conditum ad cujus adspectum vel exteri obstupuerunt, (*bbb*) luculenter satis testatur; Politices vero studio splendorem certe non contemnendum sub hujus Principis regimine accessisse, facile concedet, qui immortalitate digna Davidis Peiferi (*ccc*) Huberti Langueti (*ddd*) & Mel-

(*bbb*) Tollius in epistolis itinerar. p. 68. ait: Cum nunc eorum reminiscor, quæ in Gazophylacio Sereniss. Electoris viderim, non minus etiamnum perturbari sentio, quam tum me ad recentem tot artis ac naturæ miraculorum me turbatum sensi. Merito Weckius in Chron. Dresdensi conditorem hujus rerum naturalium thesauri Augustum p. 39. appellat. einen Kunstliebenden auch in Mechanicis und Mathematicis wohlerfahrnen Potentaten und Herrn.

(*ccc*) De Peiferi vita, meritis & scriptis confer celeberr. Dn.D. Rechenbergii præfat. præfixam Peiferi *Lipsiæ*, cura Cl. hujus Viri recusæ. Celebrat etiam Peiferi eruditionem & merita Magnif. Dn. D. Buddeus Patronus meus omni honoris cultu prosequendus in præfat. præfixa Peiferi Epistolis, statui Saxoniæ Ecclesiastico & Polit. sub Augusti regimine lucem haud minimam affundentibus. Horum Cl. Virorum, ut & Cel. Struvii, Ludwigii, Tenzelii de Peiferianis scriptis testimonia in contin. operis immortal. G. J. Vossii de Historicis latinis, in qua de præstantioribus Historicorum sec. XVI. & XVII. monu-

& Melchioris Ossæ (*eee*) monumenta assiduo evolvit studio. His enim usu peritissimis viris scribendi etiam munditie & elegantia pollentibus Saxonica Augusti curia tum temporis excellebat; nec mirum, cum his judicio vere pragmatico instructis celeberrimis viris Principem liceret colere cui eximiæ prudentiæ laudem omnes Europæ cultioris populi tribuere non dubitabant. Quippe tanta Electoris hujus celebritas erat cùm in Germania, (*fff*) tum apud ex-

mentis disserendi mihi suppeditabitur occasio, in medium producam.

(*ddd*) De Langveti epistolis secretis multa sec. XVI. arcana prodentibus confer Excell. Dn. Consil. Ludwigii præfixam dedicat. & præfationem.

(*eee*) Hujus nota est prudentia regnativa, notus & tr. ejus MSStus de emendando statu in Electoratu Saxonico.

(*fff*) Albinus ait in der Meißnischen Land-Chronick p. 125. Was Augustus vor ein Ansehen bey dem Heil. Reiche gehabt / ist aus dem abzunehmen / daß im Jahr 1566. uff dem Reichs-Tag zu

exteras gentes, ut ipſe Imperator, ut Galliae, Hiſpaniæ, Britanniæ, Poloniæ & Navarræ Reges, *(ggg)* ut Sacri Imperii Antiſtites & Duces, ut & inſigniores Respublicæ oraculum hoc Saxonum conſulerent, & Oratores ad idem certatim mitterent. Diem itaque me conſumturum eſſe auditores rectisſime cenſebitis, ſi vel oratione tenui admodum Augusti I. depingere virtutes vellem. Sed paucis verbis multa liceat complecti. Vel ipſo judice Thuano *(hhh)* Saxo-

---

Augsburg alſo beſchloſſen worden : Auguſtus Saxo & Juliaci Duces videant, ne quid Respublica detrimenti capiat. Hinc & Thuanus ait ad ann. CIƆIƆXXVI. p. 114. opere Hiſt. T. IV. *Auguſtus disſidiorum inter Principes ac civitates quamdiu vixit tanquam conciliator & arbiter rerum Imperii ac moderator extitit.*

(ggg) Vid. Peiferi epiſtolas.

(hhh) Thuanus T. IV. Operis ſui Hiſtor. ad ann. CIƆIƆXXVI. pag. 114. Libr. LXXXIV. juxta edit. laudat. ait : *Auguſtus laudem bellica virtute in familia ſua partam pacis ſtudiis fere ſemper excoluit, niſi quod recrudeſcente antiquarum ſimultatum quamvis repetitis trans-*

Saxonum Salomo Augustus appellari poterit, nam laudem bellica virtute

---

actionibus sopita ut rebatur memoria bellum Gothanum Imperii & ordinum decreto suscepit, quo feliciter confecto, rursus se pacis & tranquillitatis publica studiosissimum prabuit. Austriacam familiam cui devinctus erat, & Maximil. Casarem imprimis coluit, & Casarum amicus necessarius quam Casar qui cateris principibus egeret, in Imperio esse maluit. Merito cum Salomone Augustus I. comparatur. Sub illo & sacra & leges florebant. Etiam hic vel ipso fatente Thuano l. cit. paterni cultus acerrimus vindex, hic annotante Fabritio in stemm. Wittekindeo p. 50. justitiæ & juris assertor. De sacris infra. Quod ad justitiam, Saxonum Lycurgus appellari potest Augustus, quod testatur Schneiderus in Chron. Lipsiensi pag. 347. dicens. Churfürst Augustus hat den Schöppen-Stuhl zu Leipzig/ so vor etliche hundert Jahren im Römischen Reich und andern Königreichen berühmt gewesen/ und erst dem Rath und Stadt-Gericht zugestanden/ Anno 1574 in richtige Ordnung und Satzung gebracht/ nach welchen im Urtelsprechen die Schöppen sich zu verhalten/ ihnen vorgeschrieben/ gewisse Anzahl der Schöppen verordnet und anbefohlen/ daß in Churfürstl. Gnaden Nahmen soll Recht gesprochen werden. Ita & Peiferus in Lipsia L. II. p. 154. *Augustus collegium Scabinorum ex inordinato in ordinatum adduxit, aliamque illi formam dedit. Consulem in eo prasidere jussit, huic collegas sex adjecit, ICtos tres, & Senatores totidem, & librarium unum qui scriptum faceret.* Augustus quoque notante Weckio in Chr. Dresd. p. 174. Supremum dicasterium, & ventilandis & judicandis caussis destinatum, (das Ober-Appellations-Gerichte) nec non Senatum Ecclesiasticum supremum (das Ober-Consistorim) ut & Electoralium redituum supremos Præfectos, quibus metallicarum rerum & proventuum cura commissa (Cammer-Raths-Collegium) constituit. Sunt &, qui Electorem hunc sanctiorem Senatum condidis-

tute in gente ſua jam dudum partam, ſi à Gothano bello diſceſſeris pacis ſtudiis fere ſemper coluit, & publicæ tranquillitatis ſe omni tempore ſtudioſum præbuit. Vel hodie Britonum gens Henrici VII. quem Angliæ Salomonem dicit, memoriam quo decet cultu veneratur, & hu-

---

ſe in Saxonum oris tradunt, ſed potiori jure id Chriſtiano I. ſucceſſori tribuendum eſſe, Weckius docet. Merito Principem hunc *ſapientiſſimum doctiſſimumque* Excell. Dn. Conſil. Ludewigius in dedicat. & præfat. Langveti epiſtolis præfixa, nec non illuſtr. Zechius in Europäiſchen Herold T. I. p. 236. juxta edit. ſecund. appellat. Vere Auguſtum hunc Electorem dixeris, nam terras ſuas quatuor præfecturis in ſecuritatem ſumtis, & Hennebergicæ ditionis parte auxit, Epiſcopatuum quoque Mishenſis, Merſeburgenſis & Numburgenſis annuos reditus in publicos convertit uſus. Oeconomicam noſtri prudentiam Thuanus & Müllerus celebrant, (ille l. cit. hic p. 192. in Annal. Sax.) qui ſummam ſeptemdecim millionum poſt obitum in noſtri ærario repertam fuiſſe dicunt, licet non minimis ſumtibus armamentarium vid. Muller. p. 130. libr. cit. arceſque pulcerrimas Auguſtburgum, Lichtenburgum & Annæburgum exſtruxiſſet, & mutuo nonnunquam aliis etiam Principibus magnas pecuniæ ſummas dediſſet. Nam quinquaginta florenorum millia Poloniæ Regi noſtrum aliquando mutuo dediſſe in epiſtolis Peiferianis pag. 96. lego.

hujus gesta eleganter admodum vel ipsis testibus Conringio *(iii)* Bakero, *(kkk)* Whearo, *(lll)* Boineburgio *(mmm)* pragmatico iudicio instructus Baco de Verulamio conscripsit. Nec gloriam hanc Anglorum genti invideo, sed meo tamen populo imposterum aliquem exoptare liceat, qui ad Salomonis Saxonum res gestas juste commemorandas parem cum Verulamio fidem, parem prudentiam & ἀκριβέστατον judicium historiæ pertexendæ necessarium omnino afferat, gratæque, si qua futura est, posteritati commendet. Vel pietas Principis id merebatur, quam & ser-

---

(iii) Vid. Conringiana, p, 109.

(kkk) Vid. Bakerum in Chron. Anglic.

(lll) Whear. in relect. hyemal. p. 113. juxta edit. Tubingens.

(mmm) Vid. celeberr. Struvii Act. Liter. ex MSSt. eruta F. III. p. 7.

& sermones (*nnn*) & gesta (*ooo*) produnt, quam Protestantium publico

(*nnn*) Muller. in Annal. Sax. p. 133. ait. Catharina Hertzog Heinrichs des Frommen zu Sachsen Witwe/ hat öffters vor ihrer Kranckheit/ wie auch kurtz vor ihrem Ende gesagt: Ich will an meinem Herrn JEsu kleben/ wie eine Klette am Rocke/ als dieß ihr Sohn Churfürst Augustus vernommen/ hat er gesagt: GOtt helff mir auch also an meinem Ende; Ich will gleicher gestalt an ihm kleben bleiben/ und meinem HErrn Christum bekennen/ er lasse mich im ewigen Leben nur seinen Schuh-Hader seyn/ so habe ich gnug. Und diese Worte hat der selige Churfürst gegen D. Selneccern Superintendenten zu Leipzig/ und seinem Leib-Medicum D. Neven geführt.

(*ooo*) Idem Mullerus p. 184. Churfürst Augustus hat Anno 1583. dem gantzen Ministerio zu Trost eine solche gnädige Stifftung auffgerichtet/ daß von einer Tonnen Goldes die jährlichen Zinsen/ nehmlich 5000 fl. unter verlebte Pastores, die ihrem Amt nicht mehr können vorstehen/ wie auch der verstorbenen Pfarrer Wittben/ so lange sie in Wittiben-Stande bleiben/ und unter die Wayselein biß sie erzogen worden/ nach Gelegenheit ihres Verhaltens oder Vermögens ausgetheilet werden sollen. Idem p. 176. ait. Der Churfürst hat die von M. Schützen ohne seinem Vorbewust in die Hoff-Capelle zu Dreßden heimlich und listiger Weise eingegebene Calvinische Bibel herausgenommen/ und an statt derselben D. Luthers version hineingesetzet; vorher aber mit eigner Hand nachgesetzte Vermahnung an die Prediger/ an der bisherigen reinen Lehre ferner zu beharren/ darein geschrieben: Ich habe mich von Jugend auff zu der H. Bibel und Augspurgischen Confession bekennet/ darbey gedencke ich auch mit GOttes Hülffe und Gnade zu sterben. Weil ich den gesehen/ daß in meiner Hoff-Capelle eine Calvinische Bibel so

blico nomine mandato noſtri tot concinnata ſcripta (*ppp*) exprimunt, quam & impenſæ tot fidei

G veræ

verhanden/ ſo habe ich ſolche heraus genommen / Lutheri Verſion an die Stelle deſſen geleget/ desgleichen auch die Formulam Concord. und habe das gnädige Vertrauen zu meinen Seelſorgern und Predigern / Sie werden ſich als treue Paſtores in Lieb und Einigkeit unter ſich letzt und künfftig erfinden / und die Lehre/ dazu ſie ſich bißhero bekennet / nach ihrem höchſten Vermögen und beſten Fleiß fortſetzen / und ſich nichts darvon ſchrecken und abhalten laſſen / ſo lieb ihnen ihr Heil und Seeligkeit.

(*ppp*) Nota Form. Concordiæ, quam vel nummo celebravit Electoralem imaginem exhibente, dextraque manu gladium tenente, ſiniſtra libram in cujus lance quæ ob gravitatem deprimitur Jeſulus puer ſedet, monſtrans dextra ſchedulam ſupra caput ejus volantem cui inſcriptum germanicum omnipotentiæ vocabulum; in altera parte ob levitatem adſcendente, quatuor conſpiciuntur Viri, omni niſu lancem deprimere fruſtra conantes accedente licet Diaboli inſidentis ope, ſub quo ſchedula inſcripto rationis nomine. Supra Deus Pater apparet, his verbis ſchedulæ volanti inſcriptis alloquens electorem confide non derelinquam Te; Subtus verba leguntur: Apud DEum non eſt impoſſibile ullum verbum. v. Tenzel. Sax. num. pag. 138. ſeq. Publico etiam Proteſtantium nomine, Auguſti, ut & Brandenburgici & Palatini Electoris juſſu anno 1583. a Mart. Chemnitio, Selneccero, & Timoth. Kirchnero compoſitus fuit liber, Ambroſii Wolfii, vel potius qui ſub hoc ficto nomine latebat Herdeſiani Conſil. Norimbergenſis Cripto calviniani Hiſt. confeſſ. Auguſt. variis mendaciis refertæ oppoſitus, ex archivo potiſſimum

veræ curæ, *(qqq)* impensi tot fidei veræ sumtus *(rrr)* docent. Nunquam enim de sinceritate doctrinæ & cul-

Electorali historiam Conf. Aug. erudite (notante Dn. D. Löschero in Vorbericht zur Hist. motuum zwischen den Evangelischen und Calvinisten.) describens.

(qqq) Muller. in Ann. Sax. pag. 170. Vor Antritt des Convents zu Lichtenburg/ so zwischen etlichen Theologis 1575. gehalten wurde/ einen Vergleich in Religions-Sachen zu treffen/ vermahnte der Churfürst in hoher Person selbige samt und sonders/ mit allem Ernst/ daß sie alle Affecten bey Seite setzen/ und ihre Consilia ohne Ansehung einiger Person alleine GOtt zu Ehren/ und der gantzen werthen Christenheit zum besten richten möchten; Zeit währenden diesen wichtigen Berathschlagungen hat der Churfürst nebst seiner Gemahlin/ wenn die Theologi gleich in der Conference beysammen gewesen/ allezeit in seinem Cabinet uff den Knien gelegen/ und mit hertzlichen Seufftzen GOtt inniglich angeruffen/ durch seinen Heil. Geist der Lehrer Hertzen zu erleuchten/ und selbige zur Warheit/ rechten Verstand und göttlicher Einigkeit dergestalt zu führen/ damit dadurch die Ehre seines heiligen Nahmens und die Wohlfarth der gantzen Christenheit treulichst befördert/ die Sache in Gottesfurcht mit Christl. Ernst erwogen/ und den streitigen Puncten abgeholffen werden möge.

(rrr) Mullero enim p. 192. notante, plusquam 80000. Joachimicos ut Formulam Concordiæ conderet, hic Saxonum Elector impendit. Melch. Adamo docente in vit. Theol. Germ. p. 309. juxta edit. meam qua utor recentissimam, Augustus etiam Jacobo Andreæ Theol. Würtenbergico, cujus in hoc negotio consiliis usus fuerat, Biblio-

& cultu Dei susceptæ ab hoc Principe fuerunt deliberationes, nunquam propositæ consultationes, nisi

rum Regiorum Antwerpiensium splendidum opus dono dedit, eleganter admodum compactum, addita in fronte libri inscriptione: in qua Jac. Andreæ Theol. D. celeberrimum, Doctrinæ cœlestis instauratorem integerrimum appellat. Qua quidem in parte Domini Reformati, Hospinianus & Hornbeckius & inter nostrates quoque nonnulli dissentiunt. Illi, Hospin. imprimis Parte altera Hist. Sacramentar. p. 664. & Hornbeckius L. IX. controv. Andream *Virum vocant inquieti tumultuantisque ingenii, arrogantis magis quam docti.* Nolo quæ inter Reformatos etiam Franciscus Hotomannus in epistolis suis, sub initium hujus seculi à Meelio apud belgas editis, de nostro tradit, hoc loco commemorare, calumniis enim annumeranda esse credo, quæ hic narrat. Inter hos vero Timotheus Kirchnerus (vid. literas ejus à Cl. Leuckfeldo Antiquit. Gandersheim: insertas) Chytræus & alii nostro objecerunt varia. Mihi Joh. Fechtii Theologi Rostoch. celeberrimi de hoc Andrea judicium placet, quod in apparatu Fechtiano epistol. Marbach. præfixo p. 103. legitur. Quippe Andream, *non accurata solidaq; rerum Theologicarum eruditione, profanarumq; pariter & sacrarum historiarum scientia, Chemnitium* quidem non fuisse assecutum, suis tamen ingenii donis profusa eloquentia, (qua in colloquiis & quando cum Principibus sermones serebat, utebatur) & inusitata parrhesia, perfecto Concordiæ opere (namque non bene ecclesiis consulere videntur, qui Symbola rejiciunt ipso fatente Excell. Dn. Consil. Ludewigio in germ. Princ. L. 3. c. 1. p. 658. Ecclesiæ misere distractæ haud parum profuerit. Addit tamen: *Fuerit denique Jacobus non ab omni labe alienus (nam & ejus intem-*

quibus primum veritas & gloria Dei, deinde Ecclesiæ tranquillitas in concordia administrandæ quæri juberetur.

---

pestivas cum majore se & doctiore Chemnitio simultates, quarum epistola Marbachiana meminerunt & controuersias alias ob quas & Elector ei aliquando infensus fuerat non diffitemur) commune id ei cum maximis viris. Nec enim angeli sumus immaculati, sed thesaurum Donorum divinorum, nobis concreditorum in testaceis vasis gerimus, ut virtus supereminens Dei sit, & non ex nobis. Meritò qui singula præclara Augusti gesta consideraverit, Fabritio fidem dabit, qui Electorem hunc in stemmate Wittechindeo p. 50. appellat *Principem incomparabilem, Imperii columnam, florem Europæ, Patrem Patriæ, nutritium & altarem Ecclesiæ, Musarum tutorem, religionis purioris vindicem, justitiæ & juris assertorem.* Victuris etiam ad posteros laudibus Augusti conjugis DIVAE ANNAE regia Danorum stirpe ortæ pietas est extollenda. De hac Müllerus ait in Annal. Saxon. p. 189. ad ann. 1585. Die Churfürstin Anna hat als in ihrer Kranckheit vor dieselbge in der Kirchen öffentlich gebeten werden sollen / ausdrücklich befohlen ; es mit solchen und keinen andern Formalien thuen zu lassen : Es wird begehrt ein gemein Christlich Gebeth zu thuen vor eine arme Sünderin / deren Sterbstündlein vorhanden ist. In ihren Fräulein Stande / und biß zu dero Vermählung / hat sie sich nicht geschämet vor dero Herrn Vaters Königlicher Taffel nebst andern ihren Schwestern mit uffgehabenen Händen die Tischgebethe laut zu sprechen / gestalt denn auch die selbige in der Gottesfurcht so eifrig gewesen / daß dero Fräulein / als selbige schon eine Braut gewesen / biß uff den Tag des Beylagers mit den andern vor den Tisch treten / und mit erhabenen Händen laut mit beten müssen.

tur. Excepit hunc genuinus virtutum paternarum hæres DIVUS CHRISTIANUS I. cui palatia exſtructa ſplendida (*sss*) & conſtitutum

G 3 Dres-

(*sss*) Daniel Eremita Magni Hetruriæ Ducis ad Principes Germaniæ legatus in itinerario germanico, ſtatui reginimis Ferd. II. ſuffixo p. 37. ait: *Dresdæ libuit luſtrare quæ ibi loci aut perum alios magna admiratione & inſpexiſſe & ſuſpexiſſe. Ad primo quidem ad equorum ſtabulum ducti, quod ingenti ſumtu in anguſtiſſima forma Chriſtianus I. exſtruxit. Ad ejus ſane molis adſpectum obſtupuit quisque & obſtipuit. Aula enim Principis non equorum videbatur; Nam & ſuperne atria varia rerum ſuppellectile diverſarum implens, quæcunque ad equorum ornamenta pertinerent non in venuſto ordine digeſta; arma & phaleræ, ſaxa militaria, paludamenta, frena, ephippia auro ſolido aut ſerico intexta, in quibus ars cum natura certabat, nec tanta rerum varietate vacuum quodpiam aut confuſum; ſuis quæque cameris locisque diſtincta, oculos viſentium facili & indubia voluptate implebant. Longum eſſet memorare omnia, quorum ſingulis vix memoria ſufficit. Omnium tamen maximè ſumptuoſa porticus erant, ſub quibus equi diſpoſiti ſuum quisque locum pro ſexu, pro forma ſortiebatur. Suffulciebant porticum columnæ ingentes vivo ſaxo, è quibus ſingulis fontes aqua perennis ſcaturiebant.* Weckius ait in der Dresdner Chronick p. 55. über den Stall-Bau ſind 286. Wochen Zeit zugebracht, und daran ohngeachtet der damahligen wohlfeilen Zeit, und daß man ſonſten wegen der materialien und Ambts Unterthanen Dienſten groſſen Vortheil gehabt, biß 200000. fl. Unkoſten verbauet worden.

Dresdæ ſanctius conſilium (*ttt*) vel apud exteros jam dudum nominis conciliarunt immortalitatem. Quod ſi vero negotia religionis ſpectes, iisdem fatis quibus ſub Auguſto cœtui orthodoxo licuiſſet uti, niſi conceptas

(*ttt*) Weck in der Dreßdner Chronick p. 174. Nach Churfürſt Augusti seel. Ableiben / richtete Churfürſt Christian I. ein ſonderbar vollständiges Geheim. Raths-Collegium, benebſt zugehöriger Cantzley Anno 1587 an. Originem tamen ſanctiori huic Conſilio Auguſtum dediſſe certum eſt.

(*uuu*) Timotheus Kirchnerus celebris Sec. XVI. Theologus in epiſtola quadam, epiſtl. Marbach. pag. 687. inſerta ait. *Illuſtriſſimum Electorem Chriſtianum, inclinare ad Calviniſmum, Calviniani quidam vehementiſſime cuperent, & omnem movent lapidem ut id impetrare poſſint, verum Dei beneficio fruſtra. A fide digniſſimis percepi, quod animoſe ſe declararit, & quod in doctrina, in qua educatus ſit a teneris conſtanter perſeverare velit. Dixiſſe fertur ad quendam; ſe ne guttulam in corpore ſuo habere, quæ Calviniſmo faveat.* Jeremias Hombergerus in literis, iisdem epiſtl. Marbach. inſertis p. 716. *Doctor Mylius* ait: *in extrema parte ſuarum literarum hæc verba attexit. In Miſnia vicina ſubinde omnia in deterius ruunt, Calviniſmo ita invaleſcente, ut qui clam hactenus hæreſin iſtam foverunt, nunc publice eam profiteri non reformident. De Electore interim optima ſperamus.* Teſtatur & M. Lyſthenius in lit. proteſtat. quas vide in Sleidani contin. p. 648. l. 9, ſub ann. 1591. tanto odio hunc principem Calviniana dogmata fuiſſe proſecutum, ut cum ſub initium Electoratus in Gynæceo Catecheſin quandam ea continentem reperiſſet, eandem ſua manu

ceptas ab eo ſpes ingentes eorum qui à conſiliis erant impia monita quibus contrariam in religione viam inſtituere ſtudebant, penitus evertiſſent. His enim, non pientiſſimo Principi triſtiſſimam illam rerum mutationem tribuendam eſſe ſcriptores coævi tradunt. (*uuu*) Refloreſcebat ta-

manu combuſſerit. D. Polycarpus Lyſerus in concione funebri, qua primogenitum Ioh. Georgii, tum Ducis, poſt Electoris Sax. filium celebravit, ait. Nach Auguſto iſt kommen Chriſtianus I. ein Fürſt eines recht heroiſchen Gemüths/ welcher gewiß des Vorhabens geweſen iſt/ daß Er GOttes Ehre und dieſer Lande Frommen nach allen ſeinem Vermögen fortſetzen und hoch erheben wollen. Aber mit böſen ſchädlichen Leuten iſt dieſer theure Fürſt umgeben geweſen/ die es alles auff einen viel andern Weg zu richten ſich unterſtanden/ denn Se. Churfürſtl. Gnaden Intention geweſen. Darumb ich von dieſen Herrn nicht reden kan/ daß ich nicht auff die Rotte von Hertzen ungedultig würde/ dieweil ſie dieſes Herren Nahmen ſchändlich mißbrauchet/ und Se. Churfürſtl. Gnad. ums Leben gebracht. Solte der frome GOtt Se. Churfl. Gnaden Leben erlängert/ und die Augen/ wie bereits ein Anfang darzu gemacht geweſen/ eröffnet haben/ es ſolte der gantzen Rotte aus gerechten Urtheil GOttes übler gewartet ſeyn worden/ denn dem Crell geſchehen. Orthodoxam quoque Electori mentem fuiſſe, teſtatur Müllerus in Annalibus Saxonicis qui p. 205. ait: An des Churfürſten frühzeitigen tödtlichen Hintritt/ iſt ſein Cantzler D. Krell

tamen, diuino cultu sub Friderico Wilhelmo Administratore Saxonum repurgato vera Dei Ecclesia regnante CHRISTIANO II. Hic cum religionem esse publicæ rei fundamentum, & hac turbata reliqua omnia quantumvis magna & sublimia

---

nicht wenig Ursach gewesen/ als welcher dem Churfürsten wegen heimlicher Aenderung der Religion und ohne Scheu abgeschafften/ ihn sehr verhasset gemachten Exorcismi mit denen expeditionen/ als welche einig und allein durch seine Hände giengen/ und denen andern Räthen davon nichts wissen lassen wolte/ dergestalt überlauffen/ daß Er auch einst nebst einer nicht geringen Anzahl Befehlichen nebst Feder und Dinte dem Churfürsten biß in die Schloß-Kirch nachgefolget/ und ihn genöthiget die Sachen zu unterschreiben. Und weil der Cantzler einen Schlüssel zu des Churfürsten Gemach hatte/ daß Er allezeit/ wenn Er wolte/ zu ihn kommen kunte/ hat derselbe vielmahl dem Churfürsten vor und nach der Taffel mit vielen unterschreiben beunruhiget/ daß auch der Churfürst einsten/ als Er gehöret Cantzler Crell werde kommen/ gesagt: Ja/ ja/ ich werde eine gute Mahlzeit halten/ mein Cantzler will kommen. Worüber der Churfürst auch öffters geklaget/ daß Ihm von diesem Manne keine Ruhe gelassen würde. Als der Churfürst bey sich verspüret/ daß es mit seiner reconvalescence mißlich wäre/ hat derselbige in Beyseyn verschiedener Chur- und Fürsten/ welche Zeit währender dessen Kranckheit sich daselbst ein-

mia turbari recte omnino judicaret, ab eo ipso tempore, quoad Electoratus culmen atque fastigium evectus erat, nil prius, nihil antiquius habuit, quam ut sacrorum puritas in florentissimis Saxoniæ terris sarta tectaque & asseretur, & propagaretur,

H

eingefunden/bey guter Vernunfft und wohlbedächtig verordnet/ daß dero noch damahls münderjährige drey Söhne/ Christian/ Johann George und Augustus von Churfürst Johann Georg zu Brandenb. als Groß-Vater von der Mutter/u. Hertzog Friedrich Wilhelmen als nächsten Agnaten in tutel genommen/ und dieselbe in keiner andern als der unverfälschten Augspurgischen Confession erzogen/ und nebst denen sämmtlichen Unterthanen darüber vertheidiget werden möchte. Quibus artibus Crypto Calviniani tum temporis usi fuerint, docet Nicol. Blumii Leich-Predigt über den custodirten D. Nicol. Krelln. Quod scriptum 1601. in 4to impressum est. Imprimis vero D. Polycarpi Lyseri libellus legi meretur anno 1605. publicatus sub titt. Rettung der Ehren und Unschuld D. Polycarpi Leysers/ Churfürstl. Sächs. Hoff-Predigers/ wieder die vermummeten / verkappeten und unbenannte des D. Niclas Krellen Freunde der Auffruhr / turbatæ pacis publicæ und anderer Unfug/ jedoch mit gespahrter Warheit und höchster Unfug beschuldiget. Rarus est hic tractatus; ideoq; a Tenzelio Bibliothecæ curiosæ anni 1705. pag. 683. integer insertus, quoniam haud pauca continet, quæ Literariam, Ecclesiasticam & civilem historiam terrarum Saxonicarum sub regimine Christiani I. illustrare possunt. (Si Godofredus Arnoldus hoc scriptum legisset, judicia

tur. Hic eo nomine ſingulos ditioni ſuæ ſubjectos, qui in muneribus publicis civilibus & ſacris conſtituti erant

nonnunquam ſaniora tuliſſet in Hiſt. Hæreſiolog. T. II. L. XVI. C. XXXII. quo loco Crypto Calviniſmi hiſtoriam fuſe ſatis deſcribit, & multa ſingularia plane & lectu omnino digniſſima ex optimis hiſtoriarum monumentis in medium producit, ſed partium nonnunquam ſtudio trahitur.) Utinam & Volumen epiſtolarum Polycarpi Lyſeri, quod noſtri pronepos celeberrimus ejusdem nominis Theologus adhuc ſuperſtes jamdudum publico promiſit, lucem aliquando adſpiceret; utinam & epiſtolæ Theologorum Reformatorum ad Crypto Calvinianos Dreſdenſes miſſæ, quas manuſcriptas Electoralis Bibliotheca aſſervat, & quæ lectu omnino digna continent, (ſi Domino Sebiſchio Electoralis Bibliothecæ præfecto fides, qui hæc Dresdæ mihi ante annos aliquot per certum tempus commoranti narravit) e tenebris eruerentur. Ea profecto his publicatis ſcriptis acceſſio eccleſiaſticæ hiſtoriæ Sec. XVI. fieret, qualis quidem eidem editione Marbachianarum & Hotomannianarum facta fuit. Cæterum aureum numiſmatum genus in Domo Saxonica nondum hactenus receptnm anno 1587. ab Electore hoc cum a Rudolpho II. Electoralibus legatis Imperii feuda conferrentur, illatum fuiſſe, Tenzelius in Saxon. numiſmat. Lin. Albert. Part. II. docet. Teſtantur etiam Saxonici Annales hunc Electorem ab Imperatore Rudolpho II. expectativam in terras quas Rutheni comites poſſident adeptum fuiſſe, Regium lapidem muniviſſe, & pro tuendis Proteſtantium ſacris copias Navarræ Regi Henrico in Galliam miſiſſe. Laudatur & ab Hiſtoricis Sophia conjux Chriſtiani I. Sereniſſima gente Brandenburgica prognata. De hac Lungwizius in admirandis divinis Saxonicis Libr. I. C. IX, pag. 79. ait. *Diebus illis, quibus conciones maxima ex parte ſtando auſcultavit, multas conciones ſibi deſcribi poſtulavit.* Orthodoxam mentem noſtræ & Weckius in

erant religioso obstrinxit sacramento. (*xxx*) Hic ipsam Formulam Concordiæ contra convitia & varia mendacia Rudolphi Hospiniani, concordia concordi per Leonhardum Hutterum publico jussu ex Actis Electoralis Archivi composita & publicata mascule defendit. (*yyy*) Hic ut ὑποτυπώσει τῶν ὑγιαινόντων λόγων à puero studiosa Saxonum pubes assuefieret, ex fidei nostræ Symbolis compendium ejusdem opera Hutteri curavit compilandum. (*zzz*) Hic ob professionem confessionis Augustanæ fero-

 ci-

Chron. Dresdensi p. 317. & Müllerus in Annal. Saxon. tribuunt, tradentes; Die Churfürstl. (Christiani II.) Frau Mutter hat der Execution des Cantzler Crellens uff dem Stall zugeschauet/ und gesagt: Sie wolte dem Manne sein Recht thun sehen/ welcher ihren seeligen Herrn so übel angeführet hätte.

(*xxx*) Vid. Mandatum Electoris Christiani II. præfixum Hutteri Compendio.

(*yyy*) Vid. loc. cit. (*zzzz*) Vid. loc. cit.

citer expulſos ex Auſtriæ terris exules recepit, iisque commorandi in Saxonum oris veniam benigne conceſſit, id quoque beneficii hominibus iſtis præſtitit, ut in metallicis urbibus per annos quatuor, in aliis per integrum biennium ab omnibus oneribus publicis immanes & habitare & facultatibus ſuis augendis operam dare tranquille poſſent. (*aaaa*) Quin & Bohoemos, cum ipſis copia per literas majeſtaticas collapſam inſtaurandi Academiam, templa erigendi nova, & orthodoxos convocandi miniſtros data fuiſſet, haud parum pecuniæ collecta ſumma ad ſum-

tus

(*aaaa*) Vid. Andreæ Caroli Abbatis Wurtenbergici Memorabil.; Sec. XVII. T. I. L. I. pag. 51. Mille ſexcentos exules e Carinthia & ſtyria pulſos in Saxoniam receptos tum fuiſſe Lungwizius in Admirandis divin. Saxon. p. 37. tradit.

tus in exſtruendis oratoriis levandos juvit. (*bbbb*)

Sed DIVI IOHANNIS GEORGII I. in orthodoxam fidem merita, quibus Sereniſſimi nominis immortalitatem jam dudum ſibi apud poſteros conciliavit, ecquis juſtis librare audeat ponderibus? Sane quod olim a Capite Chriſtianorum Imperatorum Divo Conſtantino M. factum fuiſſe accepimus, ut quæ in fidei formulam redacta ſemel eſſent, convelli nullo modo pateretur; id omni loco ac tempore Divinus hic

 &

(*bbbb*) Vid. Caroli opus loc. cit T. I. L. II. pag. 369. Magnam pecuniæ ſummam de ſuis reditibus Elector impendit, inſuper quoque talem per totum Electoratum Saxonicum colligi jubet, de qua Lutheranis Bohœmicis templum ad divum Salvatorem ſplendidiſſimum Pragæ extructum. Vid. Lungwiz in admirand. Div. Sax. L. I. C. VI. p. 38. Cæterum memoratu digna ſunt, quæ in Annal. Sax. Mullerus narrat ad ann. 1611. p. 267. Als einſt Christian. II. etwas tiefſſinnig auff dem Bette lag/ und deſſen Cammer-Juncker einer/ welchen Er wohl leiden konte/ nach der Urſach fragte/ gab

& omni laude superior Septemvir faciendum sibi imprimis credidit, quippe qui nihil unquam prius nihil antiquius habuit, quam ut palladium doctrinæ, Augustina Confessio con-

Er zur Antwort: Er betrachte itzo mit Wehmuth/ daß Er seine Jugend zum Studiren nicht recht angewendet/ weßhalber Er nunmehro mit frembden Augen sehen und hören/auch mit frembden Munde reden müste/ das betrübe ihn so hertzlich; worüber Ihm auch die Thränen in den Augen gestanden. Sonst hat Ihm das Hertz allezeit im Leibe gelacht/ wenn Er einen andern gutes thun sollen/ auch einsten gesagt: Er wolte/ daß Er iederman könte reich machen. Equidem non ignoro quæ de Christiani II. aula, vestitu, & moribus, Eremita tradat in Itinerario suo Germanico, neque tamen me latet, Benedictum Hopfferum Philosoph. moralis in Acad. Tubingensi Professorem stricturas Historico Politicas Tubingæ anno 1682. minori forma in illud edidisse, in quibus plurima ferme, quæ fastuosus belga de Imperatore Rudolpho II, de Christiano II. aliisque Electoribus ac Imperii Principibus, (quibus ut maledictissimo calamo ægre faciat, vel ipso judice Domine D. Gotzio in Meletem Annæberg: p. 872. ferme conductus esse videtur) commemoravit, falsa esse luculenter docuit. Ingenium Eremitæ inde facile cognosces. Quamvis enim aliquoties ad conspectum equorum stabuli, armamentarii, Pinacothecæ Electoralis se obstupuisse fateatur, mox tamen, *nobis* inquit *tum parcius admirantibus, quia id genus delitiarum italici Principes studiosius operosiusque conquirunt: sed & erat omnino præter exspectationem nostram, Germaniæ extremæ incultos mores cæli latii delicias adspicere.* Sed belga hic minus perite Saxoniam Electoralem germaniam

contravariorum varios conatus integra & inviolata ſervaretur. Vero profecto conſentanea hæc mea effata & veluti ex trypode dicta eſſe, ipſi doctiſſimi Auditores nullo negotio cognoſcetis ſi quas graviſſimis deliberationibus curas, quos variarum compoſitioni litium ſumtus Elector hic impenderit, ipſi exactius con-

extremam vocat, cum ſuperior Saxonia inferiorem aliam, magisque reſpectu Italiæ extremam Germaniæ partem agnoſcat. Ignorantiam ſuam prodit; quando incultos Saxonum genti mores tribuit, qui niſi me omnia fallunt, Eremitæ civibus belgis vel noſtra ætate omnibus fatentibus potiori jure tribuendi erant. Plura recitare animus horret. Nemo enim cordatus ſequentia quæ profert aliter quam ſentinam putidisſimorum ſcommatum agnoſcet. Utinam Joh. Georgius Grævius, qui Eremitæ itinerarium curavit recudendum ubertate ſtyli hujus ſcriptoris in admirationem raptus Hopferi quoque ſtricturas addidiſſet. In exercitiis equeſtribus noſtrum quoque paucos habuiſſe pares, indeque apud exteros fuiſſe commendatum Mullerus in Annalibus Saxon tradit. Docet id quoque iconicum numiſma Part. II. Sax. numiſm. Lin. Albert. exhibitum, in quo Chriſtiani II. facies habitusque ſatis apparet, in poſtica vero Alexandri M. caput conſpicitur, quæ conjunctio nemini qui exercitiorum equeſtrium peritia noſtrum excelluiſſe novit, mira videbitur. Ultimo Clivenſium Duce mortuo noſtrum ſucceſſionem poſtulaſſe conſtat.

conſideraveritis. In diſceptationem venerant inter Theologos terrarum Wurtenbergicarum & Haſſiacarum nonnullæ quæſtiones Eccleſiam mirum in modum affligentes, de Chriſti exinanitionis ſtatu. Excitatum erat apud Prutenos Rathmannianum diſſidium de efficacia divini verbi, quod ipſo referente Hartknochio (*cccc*) non Dantiscanum duntaxat cœtum haud mediocriter perturbabat, ſed & Academias nonnullas implicabat. Blaterabant illo tempore Romanenſium Doctores & publicatis ſcriptis (*dddd*) conabantur evin-

(*cccc*) Vid. Hartknochium in der Preußiſchen Kirchen-Hiſtorie L.III. C. III. p. 798. & ſequent.

(*dddd*) Notus peſtilentisſimus liber de avtonomia ſub nomine Franciſci Burchardi editus, religioſam pacem vehementer impugnans, & a Juſto Springero anno 1609. a Chriſtiano Rittersbachio anno 1610. refutatus. Imprimis vero Caſparis Scioppii Claſſicum belli ſacrum, Tincini 1619. in 4to impreſſum huc referas

evincere, secessionem ex parte Protestantium a genuina fidei professione jamdudum factam, nunc ab avitis sacris, à transactione Passaviensi, a pace Augustana Lutheranos esse merito dejiciendos. Plena tunc omnia diabolicis convitiis, rabiosis omnia latratibus referta; circæis enim veneficiis nonnulli excantati, qui tetram & pestiferam sub specie humana belluam tegebant, nonnulli inquam & Præsulis Romani & purpuratorum Patrum parasiti in universum omnes Protestantes ad sanguinem, ad cædem deposcebant, ipsisque adeo Principibus

I Evan-

(quod in Argentinensi Academia Berneggerus & Justus Mayerus solide refellerunt) & alium quendam Pseudonymum, qui sub Hermanni Conradi Baronis a Feindenburg nomine de causis bellorum ita disseruit, ut facile prudentiores intellegerent, odiorum plusquam vatinianorum semina spargere hunc Autorem velle.

Evangelicorum, ipsisque Electoribus, ipsisque Regibus patibulum & restim minabantur, (*eeee*) qui ipsi scurræ, qui ipsi furciferes jam dudum tales poenas fuerant promeriti, si veteris Germaniæ legibus fuisset

Notæ & Dillingensium JCtorum, famosæ chartæ *de Pace* religionis editæ, qui cultros Protestantium jugulo admovebant.

(*eeee*) Ita Scioppius in Classico, a Vice-Generali inquisit. Fr. Jacobo Martinisio approbato passim. ex. gr. C. I. Class. pag. 12. dicit: *esse Protestantium Principes instar Agag Amalecitarum Regis in frusta concidendos, idque in honorem Dei. Omnes haereticos & Schismaticos, quippe homines diis aliis servientes in matutino, hoc est statim interficiendos.* Hortatur postea Cæsarem Ferd. II, ut *perduellibus* Protestantibus divino & humano jure mori jussis haud quaquam parcat, dictisque S. Script. Deuter. 7. v. 2. 1. Reg. 20. Ps. 149. v. 8. Es. 60. 12. Es. 49. 23. Ps. 82. abutitur. C. 1. p. 12. & c. 13. p. 56. Percutere jubet. Imperatorem *filios Belial & idololatras Protestantes, eorum terram delere, imo infantes eorum & pueros, ex pessimo illorum genere ne catulum quidem relinquendum esse* statuit, & Evangelicorum Principes contra solem in patibulum suspendi statuit. c. 3. p. 22. seq. Protestantium Principes, *non Principes, sed hareticos esse, sed tyrannos ac lupos* ait, *ac proinde regnis & provinciis hæreditariis ejiciendos.* Miraris lector audaciam Scoppii, qui vespillonis filius erat Ambergæ natus, ac Heidelbergæ & Altdorffii cum studiis operam dedisset, nidorem papalis culinæ secutus, Romæ cum fide germanica reformatam exuit religionem, ut Cardinalium Madrucii, Baronii, & Dieterichsteinii patinas lingeret, & in culinam penetraret. Hic bipedum nequissimus Hisp. Regem, Imperato-

isset standum quibus & transfugæ & proditores Patriæ memorante Tacito arboribus suspendebantur. His autem malis omnibus divinus Princeps obviam eundum esse mature censuit; hinc pretiosis expensis, celebratis inter Saxonum Theologos conventibus admodum frequentibus adeo prudenter consilia sua moderare didicit, ut evulgatis

I 2 Publi-

rem, & alios Ecclesiæ Rom. Principes, ut ense, rota funibus & igne Protestantes interficerent, in sacri belli classico est adhortatus, nec privatos solum, eruditissimos inter Reformatos, Scaligerum, Mornæum & Casaubonum, sed ipsum quoque Jacobum I. Britanniæ Regem scriptis satyricis, redivivus Aretinus invasit: nec mirum, cum vel ipsum Ciceronem incongruitatis & barbarismi arguere peculiari libro Mediolani edito, Balzaco in Epistolis notante (Epistl. 12. ad Dominum Chapelain L. 18.) ausus sit. Atque hunc hominem Ferd. II. Imperator *nobis dilectum consiliarium nostrum* in diplomate quodam appellat, & in alio quodam diplomate testatur, quod *de ejus prudentia eximiam quandam opinionem non magis ex aliorum relatione* quam proprio judicio conceptam semper habuerit. Mihi Lambecii Augustæ Biblioth. præfecti judicium placet, qui L. I. prodr. Hist. Lit. nostrum grammaticum canem appellat, eique ingenium malignum & os maledicentissimum & injuriosas Virorum optimorum calumniatio-

publica autoritate ſcriptis (ffff) lux veritatis mortalium ubique animos perſtringeret, ſanaque dogmata divino annuente numine manerent illibata. Tanta in Electore hoc cura ſacrorum fuit, ut ſæpius etiam alios Principes, quorum Theologi novis iisque otioſis nonnunquam agitatis controverſiis apud infirmos ſcandala & apud hoſtes veritatis

nes tribuit. Nec ii errant, qui erinaceum imagini noſtri depictæ addunt. Confer de Scioppio Bælium dans ſon Dict. Hiſt. Crit. T. III. pag. 2680. ſequent. Bernegg̃eri Obſervat. Miſcell. p. 84. Groſchufii Faſcicl. I. Nov. libr. rar. conlect. p. 126. Blount in cenſ. V. C. p. 986. Cel. Struv. Act. Lit. ex MSSt. eruta F. II. p. 47. 48. 59. 84. F. V. pag. 73. &c.

(ffff) Mandato Electoris, D. Matthiæ Hoei inventione & elocutione cæterorumque Theologorum conſiliis peracta ſunt, quæcunque in rebus ad doctrinam pertinentibus publico nomine illo tempore ſunt confecta. Deciſio Saxonica adverſus Tubingenſes Oſiandrum & Thummium anno 1623. approbantibus hoc ſcriptum Theologis in Synodo Dresdenſi tum præſentibus Ægid. Strauchio, Vincent. Schmuckio, Fridr. Balduino, Polycarpo Lyſero, Balthaſare Meisnero. Neceſſariam deciſionis hujus apologiam, Wurtenbergenſium Amicæ admonitioni & Thummii Tapinoſographiæ oppoſitam, idem Hoëus anno 1624. Theologis Witteberg. Jenenſ. Lipſi-

tatis tripudia excitaverant, & exarare literas non dubitaverit, & lites ut inter se componerent, serio monuerit. (*gggg*) Seculares olim ludos Augustos Romanorum magna cum pompa celebrasse monumenta veterum nos edocent. Alia plane mens nostro fuit, hic enim in repurgatæ fidei memoriam festivitates

 so-

ensibus, Cizens. quoque & Merseburg. Ephoris consentientibus Lipsiæ, composuit. Reliqua etiam scripta, pupillam Saxonicam oculatissimam, ejusque apologiam Principalem ut & Rathmanniano Schismati oppositum laborem, Authorem agnoscere Hoeum, fuse docet Magnif. Dn. D. Pippingius in Epistola ad Th. Crenium, Exercit. Pippingii juvenilibus inserta pag. 496. 497. seq. idem & ante Dn. D. Pippingium docet Matthæus Lungwitzius in Admirandis Divinis Saxon. L. II. C. III. p. 17.

(*gggg*) Notante Andrea Carolo in Memorabil. Eccles. sec. 17. L. III. pag. 569. ad Johannem Fridricum Würtenbergicum Principem literas dedit, ut controversiam Theologor. Tubing. & Giessensium componeret. Scripsit & observante Calovio in System. Theol. p. 1177. & 1211. ad Brunsuic. Duces anno 1649. de variis Helmstadiensium in rebus fidei novitatibus deponendis. Ejus etiam autoritate Theologi Lipsienses, Witteberg & Jenenses Calixtum monuerunt privatim, ut ab omni novandi pruritu desistat, v. Carolum l. cit. L. V. p. 180.

ſolennes ringentibus licet adverſariis (*hhhh*) plus vice ſimplici inſtituit & mente pientiſſima peregit. (*iiii*) Hic bellis imminentibus acerrimis quibus religio in exterminii periculum deduci poterat, publicas celebrari preces juſſit, (kkkk) pro Evangelicis

(*hhhh*) Grammondus Libr. 2. Hiſtor. ad ann. 1617. pag. 176. & 177. ait: *Joh. Georgius Dux Saxonum Lutheranus in æmulationem Catholici jubilæi promulgabat Lutheranum, (anno 1617,) rem ab hæreticis non ante uſurpatam. Paruit indictioni non modo Saxonum circulus, ſed etiam quodcunque in Germania Lutheri erroribus, eſt imbutum. Indixere ludicrum Wormatienſes, Francofurtenſes, Nurenbergi &c. Sic imitatur homines ſimia putidum & infame animal, ſic mentitur humanam pſittacus vocem, cujus non capit ipſos articulos, nedum abſtruſa ſenſus. Sic hyæna devorat, quem imitante voce allexit hominem &c.* Grammondi itaque judicio Lutherani ſunt ſimiæ, pſittaci, hyenæ, Romanenſes homines.

(*iiii*) Nam annotante Lungvvizio in admirandis Saxon. L. II. c. VII. pag. 45. *Elector ſacra Synaxi cum conjuge liberis & aulicis devote uſus eſt, & conciones verbi divini omnes attente audivit, lectionem etiam Conf. Auguſt. exerto & erecto nudo capite conſtanter & magna attentione obſervavit, poſtea quoque in conclavi Electorali convocatis conjuge Ser. liberis Illuſtr. & aliis intimis cantiones ſacras devote canens, DEum ſuum benedictum & glorioſum pro tanto beneficio conſervati verbi & A. C. toto corde & anima glorificavit.*

(*kkkk*) Anno 1617. Duas precum horas die Solis & die Mercurii hora XII. merid. celebrari juſſit. Anno 1619. tertiam precum horam

cis in Auſtriæ, Bohoemiæ, Moraviæ, Silefiæque terris habitantibus ad Cæſarem intercesſit, (*llll*) conſilia jam dudum Romæ agitata, & denique in nervum erumpentia, quibus ut patriam communem, præſertim quod ad ſacra attinebat, in aliam plane faciem transformarent, hoſtes veritatis omnem lapidem movebant, ſociatis Sveco viribus feliciter ſuppresſit, & felicisſimas deformidando tot proſperis triumphis Cæſare victorias deportavit, exules recepit, (*mmmm*) Academias au-

prioribus addidit, ſexto cujuslibet hebdomadæ die. Tandem & ſingulis diebus hora II. pomeridiana preces per totam hebdomadam excepto Saturni die indixit. Confer Lungvvitz. l. cit.

(*llll*) Vide Caraffam in Germania ſacra reſtaurata pasſim. Confer & Caroli Memorabil. Ecclef. Sec. XVII. pasſim.

(*mmmm*) Dresdæ ante portam Pirnenſem pro exulibus Bohoemicis templum exſtructum fuit anno 1651. vid. Carol. Libr. cit. Libr. VI. p. 41. In der Böhmischen Kirchen werden wöchentlich vier Predigten abgeleget/ ait. Weck. in Chron. Dresd. pag. 273. in-

auxit, eruditos fovit, (*nnnn*) nec ſine inſigni laude ex actionibus omnibus deceſſit. Ipſi ſponte non coacti fatebimini, ſpectatiſſimi Auditores, hunc certe Principem Auguſti I. & re & nomine vere Auguſti avita veſtigia ſecutum fuiſſe, ſive religionis curam & cogitationes hanc inviolatam conſervandi aſſiduas, ſive inſigne & Sereniſſimae gentis & ditionum Electoralium augmentum (*oooo*) ſive denique quo reliquis omnibus Imperii Ele-

---

Bohoemiæ finibus ab Electore hoc exſtructum quoque fuit oppidum die Johann Georgenſtadt, ab exulibus Bohoemis habitatum.

(*nnnn*) Nam annotante Schlegelio in Vitis Ephororum Dresdenſium p. 75. D. Paulus Laurentius Dresdenſium Superintendens pro dedicatione, Commentario ſuo præfixo in libros Samuelis mille thaleros ab Electore Ioh. Georg. I. accepit.

(*oooo*) Nam quatuor Magdeburgicæ præfecturæ Querfurth, Burg, Dame & Juterbock, cum omni Luſatia, quam primum tantum pignoris loco poſt tanquam feudum Regni Bohemici pro ſe ac poſteris accepit in Electoris hujus familiam translatæ ſunt.

Electoribus longe superior erat, serenissimi nominis famam spectemus, quæ tanta fuit, ut tota Imperatoris aula, quoties querelæ Saxonum Electoris de Protestantium ejectione è ditionibus Austriæ Viennae audiebantur, mirum in modum commoveretur, ut ipse Cæsar cogitabundus & anxius hæreret sæpius, timore trepidaret, nonnunquam de contrariis decretis haud parum sollicitus, *(pppp)* quæ omni tempore acerrimus ille divinæ veritatis hostis Carolus Caraffa revocabat. *(qqqq)*

(pppp) Hoc inter ipsos Pontificios memoratus Caraffa Aversanus Episcopus testatur in Commentariis de Germania sacra restaurata p. 137. juxta edit. meam præstantissimam Coloniens. 1639. in 8. impressam. Cum & Vicariatum Elector hic bis gesserit, autoritas ejus vehementer crevit, si & expendas, serenissimi titulum nostro ab Imperatore primum concessum fuisse notante Mullero.

(qqqq) Vid. Caraffam l. cit. Certe in hoc libro arcana Pontificiorum illius ætatis consilia optime sunt descripta.

Tantum autoritate ſua hic Princeps apud Proteſtantium ordines valebat, ut pro Imperii quodam oraculo hunc ſinguli haberent, ut ipſe Brandenburgicus Elector, ut Principes & civitates Imperii ejus arbitrio in Lipſienſi conventu ad unum fere omnes apparerent, hunc Patriæ communis Patrem, cujus germanicum pectus, pro fide puriori zelum, & ſingularem plane candorem omnes noverant, de rerum ſumma graviſſime deliberantem attentius auſcultaturi, & de defenſione Germaniæ conſultaturi, (*rrrr*) Sed quo deni-

(*rrrr*) Vid. Mulleri Annales Saxon, ad ann. 1631. pag. 340. nota nummum, quo conventus hic celebratus fuit, a Tenzelio Part. II. Saxon. Numiſm. exhibitum. Perigraphe rhythmis abſolvitur germanicis: Churfürſt Hanß Georg zu Sachſen gut / für GOttes Ehre wachen thut / und haltet hier einen Convent, GOtt geb drauff ein erwünſchtes End. Plures nummos a noſtro cuſos, qui magnam partem religionis curam, quæ in-

que prolabori vigilanti animo curam sacrorum septemvirum hunc gessisse, vel dira Romanensium convitia, quibus eum obnoxium fuisse legimus, (*ssss*) luculenter satis testantur, his enim orthodoxam mentem nostro conatu tamen frustraneo excutere furiosi illi alastores fuerunt nisi. Imperii vero dextram manum hunc Principem fuisse vel inde facile quisque colliget, quod ipsa stirps Austriaca post Lüzenense prælium, quod ad conciliandum

 Sa-

hoc Electore singularis plane fuit, respiciunt, laudatus Tenzelius exhibet, nonnullos etiam in Clariss. Junckeri Vita Lutheri ex nummis illustrata, reperire licet.

(*ssss*) Grammondi calumnias vide sub not. *hhhh*. Addo hic, Scioppium in clasfico belli sacri c. 2. p. 19. infestum admodum esse Saxoniæ, ad quam subjugandam Prophetæ verbis Jerem 49. v. 2. & 37. impie detortis ita Cæsari præit: Inquissimum est, Lutheranos Catholicorum terras tenere, & jure tu Cæsar auditum facies prælii ac WITTEBERGAM in tumulum dissipabis, igneque succendes; possidebuntque catholici ac sub ditionem suam redigent eos, qui se prius possederant: & Lutheranismus in transmigrationem

Saxonis animum conferre poterat, haud quicquam omiserit: Adeo vel hæc Augusta gens prudenter quidem satis, sed nisi me omnia fallunt sero nimis agnovit, septemvirum hunc & impie & imprudenter *(tttt)* a se fuisse offensum. Nec ulla ætas tacebit DIVI IOHANNIS GEORGII II. merita perpetuitatem omni tempore servatura. Nam hujus providentiæ, si a divino nu-

ducetur, sive ex Germania exterminabitur, Prædicantes ejus & Principes ejus simul. Et ante Scioppium Ioh. Guignardus Parisiensis Jesuita nefarie Saxonum Electorem in memorabilibus Ligæ t.6.p. 256. *Saxoniæ porcum (un pourceau de Saxe.)* appellat. Lege & anonymi Romanensis acrem censuram qua Saxoniæ Electoris epistolas duas pro Augustanis 1630. scriptas, notavit. Verum hæc convitia orthodoxam Electoris mentem confirmarunt, qua tanta pietate Lutheri memoriam coluit, ut vel ipsius annulum per dies vitæ digito gestare consueverit. Hic ab ejus obitu detractus asservatur hodie in Pinacotheca Electorali (Kunst-Cammer) Dresdensi. vid. Relat. German. de apparatu ad exequias funeris Joh. Georg. I. quæ annexa est ad concionem funebrem a D. Wellero habitam.

(tttt) His verbis Dn. Consil. Ludwig in Germ. Princ. utitur L. III. ita & Genev Professor Oldenburgerus sentit in itiner. Germ. pag. 186. C.I. pag. 74.

numine discesseris a peregrini cultus impuritate Electoralis sedes vindicata (*uuuu*) & Evangelica dignitas vel ad Moscorum fines propagata est (*xxxx*). Et quid de Principis Pietate dicam! Testes & oratorium & antelucanæ preces erant, quas pro Serenissimæ gentis suæ (*yyyy*) & subdi-

 torum

(*uuuu*) Muller. in Annal. Saxon. pag. 484. ait: Anno 1668. hat Joh. Georg. II. an den Rath zu Dreßden anderweit ernstlich rescribirt gegen diejenigen Personen/ welche ihrer Bothmäßigkeit unterworffen/ und über der Beywohnung des bey den Käyserl. und Frantzösischen daselbst residirenden Ministris haltenden Päbstlichen Meß-Opffers betreten würden/ dero unter den 27. Martii 1661. an denselbigen deshalber abgelassenen Befehl gehorsamst nachzuleben.

(*xxxx*). A Magno Duce Moscovico petitioni Joh. Georgii II. datum est, ut Germanis Lutheranis Aug. Confess. addictis privilegia exercendæ religionis repeterentur & confirmarentur concessa novi condendi templi potestate. Antistitem sacrorum ibi habendorum Elector misit, puta M. Joh. Gothofredum Georgii, elegantis ingenii Virum, Misniæ terris prognatum, vid. Caroli Memorabil. Eccles. Sec. XVII. L. VII. p. 276.

(*yyyy*) Muller in Annalibus Sax. ad ann. 1654. p. 395. ait. Es wurde zu Wittenberg D. Calovius zum Superintendenten daselbst investirt, dabey Churfürst Johann Georg II. als damahlger Chur-Printz zugegen gewesen. Nach gehaltener Predigt/ welche der

torum ſalute (zzzz) flexis ad DEum genibus fundebat. (aaaaa) Teſtes vel hodie ſunt tot exempla ſacri codicis, ejus & ſpeciali juſſu, imo & cura ſumtuque, ab ipſo quoque diligentiſſime collata, emaculata, reviſa & charactere nitidiſſimo in publicum emiſ-

Ober-Hoff-Prediger D. Weller that/ ſagte der Chur-Printz zu demſelben über der Taffel dieſe nachdenckliche Worte: Herr D. Weller, ihr habt heute uff des neuen Superintendenten Seele die Seelen der Zuhörer gebunden/ höret nun/ Ich binde auch die Seele meines jungen Printzens uff eure Seele/ und weil der Herr Vater nunmehro durch göttliche Gnade ein hohes Alter erlebet/ ich auch nicht wiſſen kan/ wenn mich GOtt abfordern wird/ daß Ihr nach meinem Tode den jungen Herrn in keiner andern Lehre wolt erziehen laſſen/ als darinnen ich gebohren/ ietzo lebe/ auch durch göttlichen Beyſtand und Hülffe biß an mein ſeeliges Ende beſtändig verharren/ darauff leben und ſterben will/ nehmlich in der allein wahren Lutheriſchen Religion/ der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion. Sunt & qui tradunt Electoris hujus juſſu Geieri tr. de omni præſentia DEI fuiſſe concinnatum.

(zzzz) Muller in Annal. Sax. p. 465. Anno 1665. hat Churfürſt Joh. Georg II ein ſcharff Mandat wegen des Balgens/ Schlagens und Duellirens in Druck fertigen und publiciren laſſen.

(aaaaa) Teſtatur hoc B. D. Scherzerus in Dedicat. Syſtemati Theolog. præfixa.

emissa. (*bbbbb*) Testis & incredibile studium Hebræas addiscendi literas, quibus per integrum triennium incubuit, & ipso judice Geiero (*ccccc*) imitandum posteris exemplum præbuit. Vel nostra ætate & templa scholæ Saxonum Septemviri hujus encomiis quotannis personant, quoties divinæ per Megalandrum re-

(*bbbbb*) Utor verbis Scherzeri, quippe anno 1681. in Saxonia editio Bibliorum Lutheri cum notis ex Lutheri operibus depromtis prodiit Wittebergæ tribus in fol. tomis curante D. Calovio, licet & alia fuerint ab eo addita ad illustrationem scripturæ facientia. Fatetur autem Calovius, se ad hoc opus pertexendum mirifice excitatum fuisse monitis & benignitate Johannis Georgii II, qui decem fere annis ante, luculentam etiam Bibliorum Lutheri editionem emendatissimam grandioribus typis exscriptam figurisque elegantissime æri incisis distinctam, aliquot in forma majore quarta tomis Lunæburgi ex officina Sterniorum suis prodire sumtibus jusserat, adhibitis in consilium D. Geiero & D. Scherzero Vide D. Mayeri Histor. Vers. Lutheri p. 56. C. V.

(*ccccc*) Vid. B. D. Geieri Præfat. Commentar. in Psalmos Davidis. Quippe per triennium Elector M. Johannis Bohemi Philologi & Hæbræi eximii ac phrontisterii Dresdensis Rectoris ductum in Hebraicis secutus est. Cum anno 1657. Lipsienses cives homagium præstarent, Elias Schneegas Gotha Thuringus votis Hebræa lingua conceptis pietatem suam declarare annisus est. Confer. Summe Rever. Dn. D. Götzii Meletemata Annæbergensia p. 868.

repurgatæ fidei memoriam solenni ab Electore hoc vulgato festo in nostro cœtu colimus. (*ddddd*) Singularem vero amorem Principis in genus doctrinæ varium vel inter exteros Patinus celebrat, (*eeeee*) nec desunt inter indigenas, qui a doctrina in Historicis & Mathematicis studiis acquisita (*fffff*) & a magnificis

(*ddddd*) Vide Scherzeri dedicationem. Anno 1676. notante Weckio Joh. Georgius II. memoriam Lutheri festo cultu celebrari jussit. Eodem anno Elector quoque Formulæ Concordiæ memoriam solenni Panegyri Torgaviæ celebravit. vid. Muller. pag. 524. in Annal. Sax.

(*eeeee*) Celeberrimus Academiæ Patavinæ Medicus ac Polyhistor Carolus Patinus in Lyceo Patavino anno 1682. Patavi media forma edito, quando vitam suam enarrat, sibi cum Principum Germaniæ aulas cognosceret, tanta felicitate id successisse tradit, ut plerosque non ad benevolentiam modo, sed ad familiaritatem pertraxerit. *Patiantur* inquit p. 92. *hic nominari quorum magnificentiæ, solatii, votorumque partem me debere magno animi cum fructu atque lætitia recordor, Leopoldus Augustus immensis mihi collatis honoribus inter illos primas sibi vindicare merito solet. Serenissimi Electores, Bavarus, Saxo, Brandenburgicus, & Palatinus majestatem interdum deponere dignati sunt, quo familiarius mecum colloquerentur, & in ipsis epulis aut venationibus pro more philosopharentur.*

(*fffff*) Ziegler. in Schauplatz der Zeit p. 1007. ait. In Historicis Ge-

ficis quibus eruditos oneravit stipendiis (*ggggg*) ex merito commendant. Nec minor Divi qui hunc in dignitate Electorali excepit JOHANNIS GEORGII III. virtus. Hujus autem invicti Herois intrepidos ausus, & fortia ac gloriosa facta

L qui

nealogicis und Mathematicis stillete Johann Georg. II. seine curiosität vollkommen / und die hebräische Sprache machte Er sich aus sonderbarer Beliebung zur Heil. Schrifft wohl bekandt, Mullero in Annal. Sax. annotante p. 421. Elector hic Fructiferæ societati Vinariæ anno 1658. adscriptus, & appellatus fuit der Preißwürdige. Jussu Electoris hujus etiam Antonius Weckius qui ipsi a secretis erat, Electoralem sedem opere vel ipso Gryphio judice in apparatu de script. sec. XVII. p. 82. *victuro* descripsit *quo Saxonum historia haud parum lucis accessit*, cum genuinis subsidiis ex Electorali Archivo desumtis Autor fuerit instructus. vid. dedicat. Weckii Chron. Dresdensi præfixam. *Principem in omnium virtutum exempla genitum*, Electorem hunc ipse appellat Oldenburgerus Genev. Professor in itiner. German. p. 146. licet Electorali aulæ non ubique satis æquus, de quo vero recte sentit Schurzfleischius in judic. de noviss. prudent. civil. scriptoribus: *Oldenburgerus exemplum hominis ultra sortem audacis, & non modo nimis libere, sed & sæpissime minus recte de rebus Imperii judicantis, nescio magis intempestivam scribendi libertatem, an dilatoriam quandam animadversionem prodere posteris voluerit.*

(*ggggg*) Sociis Collegii Gelliani Lipsiensis, ex cujus radicibus exorta postmodum Societas Collectorum Actor. Eruditorum certos

qui ore pleno celebrare voluerit, illi Pufendorfii prudentiam, Vaſſorii acumen ex animo exoptarim. Cæſarem olim ſuperba Romanorum gens ſuſpiciebat, quidni & nos germanico prognati ſangvine Germanici Herois illuſtria in rem Chriſtianam merita gratisſima veneremur mente. Nunquam majori periculo cum ſacris purioribus politiores literæ objectæ fuerant iſto tum imminente hoſte, cujus in liberalia ſtudia, in civitates & pagos, furor immanis graſſabatur, & qui torrentis haud dubie inſtar Germaniam omnem inundaſſet, cædes-

que

asſignavit reditus. Phrontiſterii Dresdenſis directorem M. Joh. Bohemum, cujus ductum in Hebraicis ſecutus fuerat, magnificis ſtipendiis beavit; vid. Summe Rev. Dn. D. Gözil Meletem. Annæbergenſia. p. 869. Seckendorf in Dedicatione præfixa Statui Chriſtianiſmi ait. Churfürſtl. Durchl. Ioh. Georg. II. haben mir den Titel eines Churfürſtl. Geheimen Raths ſamt einer ehrlichen Penſion bis an dero höchſtſeel. Todt in die eilff Jahr gnädigſt gegönnet.

que ac vaſtitatem undique circumtuliſſet, ſi clauſtro illo ac propugnaculo Auſtriæ Vienna potiri ex voto licuiſſet. Sed hæc illuſtris, quæ omnium adhuc animos occupat victoria, diſcuſſum hoc, quod Patriæ communi imminebat diſcrimen vel ipſis exteris haud diffitentibus *(hhhhh)* fortiſſimo Saxoni tribuendum erat, qui pro Germaniæ ſalute Sereniſſimum Caput tan-

(hhhhh) Antonius de Amadoris in Panegyrico quem in honorem Iohannis III. Poloniæ Regis Romæ habuit, ſequentibus verbis auro cedroque dignis Saxonum Electoris Viennae conſervatoris virtutem extulit. *Non detrectavere pugnam* inquit, *barbari, quorum ardorem & primum belli impetum* FORTISSIMI SAXONES excepere, qui tanquam pro modo virtutis fortunæ gradus deberetur, prima in acie conſtituti, illatis ultro acceptisque vulneribus in veſtigio quisque ſuo famæque ſuperſtites cecidere, HAUD INDIGNI ILLIUS IMPERIO PRINCIPIS, A QUO GLORIOSISSIME DUCEBANTUR. Taceo ſcriptorum germanicorum Excell. Ringkii in Vit. Leopoldi aliorumque teſtimonia. Quippe hoſtem primus aggredi & ea quidem parte voluit, ubi acerrima dimicatio futura præſumebatur, ſpretoque omni diſcrimine primus propugnaculis hoſtem dejecit, primus etiam vexillo in caſtris Turcarum erecto victoriæ ſignum dedit.

tanto objicere discrimini haud quoquam dubitabat. Invicta hæc Principis arma quibus adversus Gallos & Turcas res felicissime gesserat, invictum Saxonum animum ad terras alio calentes sole diffuderunt, in Græciæ fines penetrarunt, & in regionibus a Saxonum oculis longissime remotis ære perenniora Saxonicae virtutis posuerunt monumenta. Atque his quidem immortalibus gestis, quae vel adhuc Christianus orbis colit, praegrande Imperii columen hic Princeps merito audivit, majorem tamen & intermorituram nunquam gloriam prudentia sua & pro orthodoxo cœtu vigilantia est consecutus, qua cum Maimburgii tum Kollonitschii convitia, quibus proscindere puriorem fidem conabantur, ut mascule

ſcule refutarentur, & Seckendorfium (*iiiii*) & Valentinum Alberti (*kkkkk*) dignos cenſuit, quibus juſtiſſimae cauſae defenſio autoritate publica committeretur. Neque tamen gerendis armis factus natusque unice hic Princeps fuit, ſed & ingenuis ac mitibus literarum ſtudiis addictos clementia ſua nunquam non complexus fuit, & litterariam vel hodie florentem Lipſienſium ſoci-

(*iiiii*) Approbabat Elector inſtitutum Seckendorffii in mandato Hiſt. Lutheraniſmi præfixo, & neceſſarium judicabat, ut liber Maimburgii quamprimum fieri poſſet, refutaretur, mandabat itaque ut ex Electorali Archivo ſuppeditarentur ipſi, quæ ad laborem illum conducere poſſe videbantur.

(*kkkkk*) Valentini Alberti confutatio libri ab anonymo Pontificio ſub titulo Auguſtanæ & Anti-Auguſtanæ Confesſionis juſſu Leopoldi Comitis a Kollonitſch Viennæ editi conſcripta juſſu Saxon. Electoris germanice prodiit Lipſiæ in 4to anno 1684. Sunt qui ipſum Kollonitſchium Conf. Auguſtanæ & Anti Auguſtanæ Viennæ 1681. editæ Autorem credunt, quorum quidem ſententiæ haud quaquam repugnabunt, qui horrendum plane in modum, verbis vix exprimendum, vexatos ab eo fidei noſtræ ſocios in Hungarorum terris fuiſſe, in Heideggeri Hiſtoria Papatus p. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. & ſequentibus non ſine lacrymis legent.

cietatem, quæ orbis eruditi historiam condit, singulari plane munificentia per annos plurimos promovit. (*llll*) Amissum hunc Principem cum universa Germania Saxones lugebant, qui vero dolori tandem modum ponebant & gaudiis delibuti non fucatis reddebantur, successorem suspicientes DIVUM IOHANNEM GEORGIUM IV. Huncanimi excelsi & itineribus & literis & arte militari admodum exculti fuisse, coaevi memorant; (*mmmmm*) spem tamen ab eo maximam conceptam, præcipitata mors evertit. Successit huic qui jam Imperii summam tenet AUGUSTUS II. Poloniæ Rex Augustissimus. Ulyssem Saxonum hunc recentissimi, scri-

(*llll*) Vid. Dedicationem Actis Lipsiensium anni 1691. præfixam.
(*mmmmm*) Ita Excell. Dn. Consil. Ludwig in Germ. Prin. L. 3. C. 1. p. 82.

ſcriptores vocant, (*nnnnn*) nam omnes cultiores terras, Germaniam, Hungariam, Pannoniam, Italiam, Hiſpaniam, Belgium, Galliam ſuis emenſum peregrinationibus fuiſſe conſtat. Sunt qui giganteum robur, miram quandam qua reliquos mortales prævalet nervorum firmitatem, & vires qui hominum ſunt, multis paraſangis ſuperantes, ſunt qui inſignia in Auſtriæ ſtirpem merita, animique & excellentiam & fortitudinem in Hungarorum finibus adverſus barbaros in præliis declaratam, ſunt qui præſentiam mentis admirabilem qua ſingulos fortunæ caſus vincit, juſtis extollere laudibus conantur. Imprimis vero Auguſtiſſimi Regis in politiores li-

(*nnnnn*) Vid. idem l. cit. confer. & illuſtr. Zechium in Europäiſchen Herold T. I.

literas favorem nonnulli prædicant; hunc & qui adhuc superstites sunt, Sebischius *(ooooo)* & Junius *(ppppp)* quippe qui Regiis sumtibus regiones peregrinas perlustrarunt, luculenter satis testantur. Quid de Tschirnhausii conatibus variis, Potentissimi Regis auspiciis susceptis, *(qqqqq)* quibus Saxoniæ terris haud parum profuit, quid de metallicarum rerum in-

(ooooo) Bibliothecæ Electoralis Præfectus, cui reconditam Orientalis literaturæ peritiam Cl. Iunckerus in discurs von Sächsischen Bibliothequen, p. 7. & Cl. Autores des ausführl. Berichts von neuen Büchern tribuunt, cujus etiam insignem humanitatem ipse Dresdæ sum expertus.

(ppppp) Professor Mathematum in Acad. Lipsiensi.

(qqqqq) Iussu & Auspiciis Potentiss. Regis autore Tschirnhausio Consiliario Regis intimo tres officinæ vitriariæ, quibus Saxonia hactenus caruerat constructæ sunt, ne nummos pro vitris peregre coemendos expendere amplius necesse esset. Idem Tschirnhausius massam ex qua vasa Porcellana confici possunt, aptissimam in Saxonia invenit, ut vasa inde facta, quamvis minore longe pretio parentur, bonitate tamen æquent orientalia, quod justi harum rerum æstimatores candide testati sunt; Vide vit. Tschirnhausii in Actis Erudit. Lips. Ann. 1709. p. 44. 46. &c.

insigni plane cultura dicam? *(rrrrr)* Sed adumbrare duntaxat Serenissimæ gentis Saxonicæ immortalia merita, non fuse omnia deducere in animum induxi, id enim temporis quo circumscribor ratio, & vires admodum tenues, & ætas, & judicium nondum satis maturum prohibent. Vestra tamen pace, doctissimi Auditores, de Serenissimæ Divi Johannis Georgii I, Propa-

(rrrrr) Tenzelius in Biblioth. curiosa anni 1704. ait, pag. 47. Königl. Maj. sind in Begriff ein Collegium Curiosorum Augustum anzustellen/um nicht allein dero Operationes Metallurgicas nach dem Exempel dero hohen Vorfahren Churfürst Augusti, und Iohann Georg II. zu befördern/sondern auch die Chimie, Medicin, Physic, Mathesin, Mechanic, nicht weniger die Histori und Sprachen. Sed Polonici motus hoc institutum impediverunt. Evocati & a Danorum Rege e Saxonum oris in Norvvegiam fuerunt, metallicarum rerum periti Viri. Ludvvigio annotante in Germ. Princ. L. 3. C. 5. pag. 201. Schœnbergius supremus rerum metallicarum Præfectus & Tschirnhusius Electori autores fuerunt, præter metallurgicas officinas etiam polionum instituere, ubi gemmæ ac lapides Misniæ ad usus & pretia hominum præpararentur. De favore in mechanicas artes testantur insignia argumenta Pinacothecæ Electoralis (Kunst-Cammer) sub Augusti II. regimine facta. Quippe Viros mechanicas scientias profitentes undique Regem conquirere Dresdenses asserunt.

ginis, SERENISSIMORUM SAXONIÆ DUCUM LINEÆ ALBERTINÆ illustribus meritis memoratu quædam dignissima proferre liceat. Serenissimæ VVeisenfelsensis lineæ Autorem DIVUM AUGUSTUM novimus, cujus in literas favorem susceptum abeo fructiferæ Vinariensis societatis Præsidium, (sssss) fundatum illustre Gymnasium docet, (ttttt) a successoribus Serenissimis opimis censibus auctum & eorundem cura hucusque conservatum. Et qui adhuc vitam

Nummophylacio quoq; Electorali quod in Dresdensi Chron. Weckius describit, mirum in modum hunc Principem nonnunquam delectari Clariss. Sebischius mihi narravit. Imprimis vero Mathematicarum rerum peritiam ipsi plerique tribuunt.

(sssss) Vid. Felleri Dissert. de Fratribus Calendariis p. 6.

(ttttt) Vid. Müllerum in Annal. Sax. Nummo quoque cuso, jubilæum Formulæ Concordiæ a Joh. Georgio II. institutum celebravit, notante Cl. Iunckero in vit. Lutheri ex nummis illustrata ad finem.

tam agunt memoria recolunt, & ex annalibus posteri repetent DIVI MAURITII pietatem, (*uuuu*) a quo Serenissima stirps Saxo Citizensis suam deducit originem. Circumtulit hic cum victricibus armis, fortitudinis, (*xxxx*) prudentiæ, autoritatis, (*yyyyy*) moderationis, clementiæ, & gravitatis (*zzzzz*) inusitata documenta, eaque & ad dissitas transmisit gentes. Adeo quoque literis exornandis & expoliendis scientiis

(*uuuuu*) Pietatem Divi Mauritii satis prolixe Seckendorfius laudat. in præfatione præfixa tr. cui titulus Der Christen-Staat qui egregius liber Divi Mauritii jussu prodiit.

(*xxxxx*) Nam a Divo fratre Ioh. Georg. II. Electoralium copiarum Dux electus cum Gallis fortiter pugnavit. vide Mulleri Annal. Sax. ad ann. 1674. p. 512.

(*yyyy*) Quippe absente Electore Electoralibus terris anno 1658. magna autoritate præfuit.

(*zzzzz*) Seckendorf in laudata præfatione ait: Hertzog Moritz hatte eine solche gravität an sich/ daß auch sein Stillschweigen und Geberde oder Mine manchmahl mehr nach sich zoge/als wenn ein anderer viel Worte gemacht hätte.

Princeps exoptatissimus incubuit, ut Bibliothecam condiderit instructissimam, magnificis postea sumtibus & Reinesiana splendida satis supellectile eximie locupletatam (*aaaaaa*) quæ tantam hodie famam adepta est, ut non solum germanorum, sed & exterorum oculos ad se convertat, qui jam ab aliquot annorum spatio operibus adornandis sumtuosissimis auxilia inde multa & varia conquirere allaborarunt. (*bbbbbb*) Jam decurrisse per omnia virtutum optimarum exempla SAXONIÆ GENS SERENISSIMA visa fuerat, cum

(*aaaaaa*) Vid. Celeberr. Struvii Introd. ad rem liter. p. 143.

(*bbbbbb*) Superiori demum anno celeberr. Struvius Clariss. Hemsterhusio, Philosoph. & Matheseos in Athenæo Amstelod. Professori in editione Iamblichi jam occupato codicem Iamblichi MSStum quem e Cizensi Bibliotheca publica mutuo accepit, transmisit. Ipse quoque Vir Clariss. novam collectionis scriptorum rerum germanicarum Freherianæ editionem adornans, ex jam memorata Bibliotheca illustris cujusdam Viri beneficio impressum exemplum, cui Reinesius notas adjecit frequentissimas, accepit.

cum annuente divino Numine ea quæ cæteros seorsim commendaverant, in REVERENDISSIMO ac SERENISSIMO PRINCIPE MAURITIO GUILIELMO, PATRE PATRIÆ CLEMENTISSIMO amice conspirarent omnia & uno quasi agmine confluerent. DIVINUS enim hic PRINCEPS avito & patrio lætatur more, solusque dignus est, qui DIVI JOHANNIS GEORGII I. propago, qui DIVI MAURITII filius audiat, nam in hoc omnium virtutum, quibus ad immortale decus sibi majores Serenissimi iter pararunt, imago splendidissima refulget. Adeo vel juventutis Princeps charissimum Patriæ pignus per Saxonicorum Heroum exempla Illustrissima ad summum virtutis fastigium contendens strenue, & musis & civibus omnibus ad

optima quævis signum tollebat & in stuporem omnes adducebat, quod illo vix promtior, vix agilior, vix aptus magis esset ad res ex dignitate gerendas. Spem hactenus publicam insitasibi & per educationem sanctissimam promota vehementer heroica indole aluerat imo vicerat Princeps desideratissimus, cum mente peregrinando exculta quicquid in exterorum seu moribus elegans & politum, seu ingenio perfectum seu exquisitum eloquentia, virtutibus jungeret reliquis. Hunc itaque salvum reducem cives venerabantur, & de felicitate hac patriis oris & musis gratulabantur, quæ ad exoptatissimæ lucis quos iterum hauriebant radios erigebant se & spiritum veluti redivi-

vum

vum recipiebant. Servavit etiam hunc Musis animum quo earundem sacra ab ineunte ætate fuerat complexus & inusitatam doctrinam & incredibile studium in politioribus literis cotidie promovendis omnibus jam dudum ostendit, dum Bibliothecam publicam ab IMMORTALIS MEMORIÆ PARENTE conditam quæ inter Albertinæ Lineæ Ducales eminet, continuis auxit sumtibus, privatam etiam operibus Historicorum pretiosissimis instructam adornavit, (*cccccc*) ingeniis

(*cccccc*) Conf. celeb. Struvii Introd. l. cit. nec non Cl. Junckeri Discurs von Sächsischen Bibliothequen p. 20. qui ait. Zeitz rühmet sich zwo sehr schöner Bibliothequen/nehmlich der Hochfürstl. auserlesenen Hand-Bibliotheque/ in welcher ein grosser Vorrath/ besonders von Theologischen / Historischen Genealogischen Büchern in vielerley Sprachen ist/und denn der Stiffts-Bibliothecke / welche nicht weniger einen Schatz von guten Büchern auffweisen kan. Ihro Hochfürstl. Durchl. lassen die Vermehrung beyder Bibliothequen nach dero hohen æstime so sie gegen die Studia als ein vollkommenster Kenner deroselben tragen/ Ihnen beständig angelegen seyn.

geniis favit, Lycea æſtimavit, ſtipendiis eruditos exornavit & ea omnia geſſit, quæ & ſtatorem & literarum Patronum decent. MAURITIUM HASSIÆ LANDGRAVIUM ſuperiori ætate vel inter exteros Eremita celebravit quod varietate linguarum captus adeo fuerit, ut vel Mithridatis famæ invidiam fecerit. *(dddddd)* Quid ſi Emerita vel hodie viveret, & opes ingenii & doctrinarum excellentiam noſtri VERE MAGNI PRINCIPIS MAURITII GUILIELMI intueretur, nonne literarum helluonem & gurgitem, qui polymathiam omnem complexus animo fuerit, hunc appellaret. His enim ad poſteros victuris laudibus qui adhuc vitam agunt illu-

(dddddd) Vid. Eremitam in itiner. Germ. p. 387.

illuſtres Viri Leibnitius, Thomaſius, Imhofius, & plures alii æquiſſimi rerum omnium quæ ad eruditionem reconditam pertinent & æſtimatores & judices, quibus colloquia cum Principe hoc erudita ſæpius miſcere licuit, extollere ſunt conati. Græcorum Imperatores ſcriptores Byzantini, Alphonſum Hiſpani, Jacobum I. Britanni celebrant, quod eruditione fuerint haut proletaria inſtructi, ſed ita eos celebrant, ut negligenter admodum adminiſtratæ Reipublicæ palam eos arguere haud quaquam dubitent. Econtrario noſter MAURITIUS GVILIELMUS in ſtudia ſic animum immiſit, ſic e-

ruditione perpolivit, ut quæ ſunt Principum officia penſi ſimul haberet, nec ſcientia tantum, ſed rerum quoque uſu valeret. Prudentiam enim regnandi mirati fuerunt ſinguli & vel adhuc mirantur, qui quam ſapienter & provide momenta omnia hic Princeps diſponat, ſecum expendunt. Ad Viros provoco eloquentes doctrina, prudentia, & uſu rerum peritisſimos, ad Seckendorfium, (*eeeeee*) ad Zechium, (*ffff*) ad Ludewigium, qui

---

(*eeeeee*) Seckendorf. in Hiſt. Lutheraniſmi pag. 387. juxta edit. maj. forma impreſ. ait. *Mauritius Guilielmus Saxoniæ Dux, Adminiſtrator Numburgenſis, Dominus meus Clementisſimus, ſummi generis decor & patriis avitisque virtutibus pro magna ingenii felicitate, uberrimam omnium rerum, quæ Heroum notitia dignæ ſunt, cognitionem junxit.*

(*ffff*) Illuſtris Zechius in Europäiſchen Herold T. I. pag. 240. juxta edit. recentiſſ. Was Ihro Hochfürſtl. Durchl. Hertzog Moritz Wilhelm in Hiſtoriſchen und Genealogiſchen Wiſſenſchafften / wie auch allen Reichs-

(*gggggg*) qui laudes nostri publicatis scriptis persecuti uberus fuerunt, qui uno omnes ore asserunt, desideratissimum Principem rerum ac jurium germanicorum adeo callentem esse, ut singulari plane prudentia variarum literarum acquisita studio Amplissimi regni dominium jamdudum promereri visus fuerit. Ad eos provoco, qui Principis lateri adhærent, qui ejus os & manus sunt, qui consiliorum promtitudine

Sachen vor grosse Erfahrung erlanget / davon haben die Gelehrten und iederman billig viel Rühmens zu machen.

(*gggggg*) Excellentiss. Dn. Consiliarius Ludvvig. in Germ. Principe L. 3. C. 2. pag. 114. juxta edit. recentiss. 1711. impressam ait. *Præsentis ætatis Princeps Mauritius Guilielmus rerum ac jurium germanicorum callentissimus est, ut prudentia, variarum literarum studio acquisita regnum mereri videatur.* Pietatem Serenissimi Principis & amplificandæ religionis studium Lemmelius laudat in dedic. præfixa T.II. operum Hieron. Welleri, dicens: *Primus inter omnes Serenissimus Sax. Dux Dn. Mauritius Guilielmus &c. coeptam Welleri*

& negotiorum in quovis genere alacritate, Oſſam, Peiferum, & Languetum, Gersdorſium, Friſium, & Seckendorſium, quorum immortalia merita nulla unquam ætas delebit, & vincunt & adæquant, illuſtres Viros, Maltizium, Zollmannum, Grisheimium, Münchium, qui cum diebus ſingulis ſermones Principis audiant, ſe prudentiorem, ſe meliorem Principem, ſi haberent, quo vota mortalium caderent, opta-

operum editionem probavit, & probatam juvit, utque ab Eccleſiis ſuarum provinciarum emeretur opus, pretiumque mihi in ſumtus typographicos repræſentaretur, priusquam tantam gratiam rogare ſuſtinueram, juſſit. Factum auro cedroque digniſſimum! quod Princeps ſapientiſſimus ad Divinam gloriam & Eccleſiarum ſalutem pertinere judicabat, hoc ſua cura, ſua gratia nulla ſupplicis monitus prece vindicavit. Addo & Sereniſſimi Principis juſſu Maxime Reverendum Dn. Fridrici, Tautenburgenſis diœceſeos Ephorum meritisſimum, ſubſidiis, quæ Bibliotheca Serenisſimi privata ſuppeditaverat nixum, Liturgiam concinnasſe; quod ex ipſius Summe Reverendi Viri ore ſæpius accepi.

optare haud quaquam posse sponte non coacti fatentur. Hujus autem DIVINI PRINCIPIS natalem cum hodierna luce celebremus, pro EJUS, SERENISSIMÆ CONJUGIS, & SERENISSIMÆ PRINCIPIS FILIÆ, perenni conservatione vota juxta precesque expromere ardentissimas, pietas jubet. Faxit divina Clementia, ut gesto hactenus felicissimo regimini imposterum etiam per annos innumeros præsit, suæque salutis firmum semper atque immobile experiatur decus. Hoc enim salvo PRINCIPE, certa sunt eruditis, certa sunt civibus gaudia atq; perpetua, novæque lætitiæ iis subinde enascitur argumentum. Servet supremum numen SERENISSIMUM PATRIÆ

PATREM, DOMINUM MEUM CLEMENTISSIMUM. SERVET SERENISSIMAM CONJUGEM Regia ſtirpe ortam, DOMINAM MEAM CLEMENTISSIMAM. SERVET & SERENISSIMAM FILIAM PRINCIPEM, virtutum omnium exemplum. Servet SERENISSIMUM PRINCIPEM JUVENTUTIS, MAURITIUM ADOLPHUM, ejusque actionibus omnibus ſic moderetur, ut amor & deliciæ SERENISSIMÆ GENTIS SAXONICÆ, ut DIVI FRIEDRICI AUGUSTI (*hhhhhh*) imago æternum audire mereatur.

D I X I.



(*hhhhhh*) Namque in ſecula ibit, fuiſſe Principem, qui cum annum ætatis decimum nondum impleviſſet, literarum linguarumque notitia adeo fuit inſtructus, ut non ſolum gallico, ſed & italo, ſed & Romano ſermone, terſe loqueretur. Majorem admirationem habet, Chronolog. Geogr. Hiſtor. naturalium rerum, publici juris, Geometriæ, & Architectum eundem peritum fuiſſe. vid. Vit. Divi Fridr. Auguſti ſuffixam concioni funebri.